

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXII. De voluntate. Et habet art. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QV AEST. XXI D E R O N O X A R T . VI

quod habeant esse receptum. Et per hoc eorum esse est finitum, & terminatum per mensuram eius, in quo recipitur. Sic igitur non ista tria, quae Augustus ponit, ultimum, scilicet ordo, est respectus, quem nomen boni importat: sed alia duo, species scilicet & modus, eauant illum respectum. Species, n. pertinet ad ipsam rationem speciei, quae quidem secundum quod in aliquo esse habet, recipitur per aliquem modum determinatum, cum omne quod est in aliquo, sit in eo per modum recipientis. Ita igitur unumquodque bonum, in quantum est perfectum est rationem speciei, & esse simul habet modum, speciem, & ordinem. Speciem quidem, quantum ad ipsam rationem: modum, quantum ad esse ordinem, quantum ad ipsam habitudinem perfectum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si nomen boni esset impositum ad significandum ipsam habitudinem, quod falsum est, ut ex dictis patet, & propter hoc ratio non sequitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod bonum non differt ratione ab ente, & uno, ut quasi habeant oppositas rationes: sed quia ratio boni includit rationes entis, & unius, & aliquid addit.

AD TERTIUM dicendum, quod secundum Philosophum in 8. Metaphysic. sicut in numeris quilibet unitas, vel addita, vel remota variat numeri speciem, ita in definitioribus quolibet additum, vel removendo diversam speciem constituit. Ex ipsa igitur specie triplex constitutus ratio vera, in quantum verum est per se ipsum secundum rationem speciei tantum, ut ex dictis patet: sed ex specie simul, & numero constitutus ratio boni, quod est perfectum non solum secundum speciem, sed secundum esse.

AD QUARTUM dicendum, quod cum dicit Augustus, quod totum malum est repens de specie privatione, non excludit alia duo, quia ut ipse in eodem libro dicit, ubi est aliqua species, necessario est alius modus. Ordo etiam cōsequitur speciem, & modum: sed nominat speciem tantum, quia alia duo ipsam speciem consequuntur.

AD QUINTUM dicendum, quod ubique est aliquid receptum, oportet ibi esse modum, cum receptum limitetur secundum recipiens. Et ideo, cum esse creaturae essentiale, & accidentale sit respectum, sic modus non solum inuenitur in accidentibus, sed in substantialibus.

AD SEXTUM dicendum, quod cum in istis tribus rationibus constitutatur, non potuit a Deo fieri, quod aliquid est bonum non habens modum, speciem, & ordinem, sicut ab eo fieri non potuit, quod aliquid esset homo, qui non esset animal rationale.

AD SEPTIMUM dicendum, quod modus, species, & ordo, singulum eorum est bonum, non illo modo dicendi bonum, quo subsistens in bonitate est bonum, sed quo principium bonitatis bonum est. Vnde non oportet, quod singulum eorum habeat modum, speciem, & ordinem, sicut non oportet, quod forma habeat formam, quamvis sit ens, & omne ens sit per formam. Et hoc est quod quidam dicunt, quod cum dicitur omnia habere modum, speciem, & ordinem, intelligitur de creatis, non de concreatis. Et per hoc patet solutio ad octauum.

AD NONUM dicendum, quod quidam dicunt modum speciem, & ordinem secundum, quod constitutum bonum natura, & secundum quod diminuntur per peccatum, prout pertinent ad bonum moris, esse eadem secundum rem, sed differre secundum rationem, sicut patet in vo-

luntate, quod ipsa via, & eadem potest considerari, in quantum est natura quædam, & sic sunt in ea modus, species, & ordo constituentia bonum natura, vel in quantum est voluntas, prout haberet ordinem ad gradum, & sic attribuitur modus species & ordo, quæ possunt diminui per peccatum, quæ constitutum bonum moris, vel potest dici quod cum consequatur esse & bonum per speciem, modum, & ordinem, constitutur, sicut est aliud esse substantiale, & accidentale, ita constat esse aliam formam substantiale, & accidentalem, & utraque proprium haberet modum, & proprium ordinem.

AD X. dicendum, quod secundum Augustinum in libro de Naturâ boni, modus, species, & ordo non ideo dicuntur mala, quia in se mala infinita, vel minoria sunt quam esse debent, vel quia non accommodantur quibus accommodanda sunt. Et ideo ex aliqua priuatione circa modum speciem, & ordinem dicuntur mala, non autem ex leprosis.

AD XI. dicendum, quod verbum Ambrosii in hoc modo intelligendum, quod lux omnino care modo, cum habeat limitatam speciem & virtutem, sed quia non determinat per respectum aliquorum corporalium, eo quod ad omnia corporalia extendit, in quantum omnia sunt vel illuminata, vel alios effectus per lucem recipere, ut patet per Dionysium in quarto capite de diuinis nominibus.

AD XII. dicendum, quod charitas secundum esse suum, quod haberet in subiecto, modus haberet & sic creatura quedam est, prout non comparatur ad obiectum infinitum, quod Deus est, non haberet modum, ultra quem charitas nostra procedere non debebat.

QV AESTIO XXII.

De appetitu boni & voluntate.

In quindecim articulos divisâ.

¶ Primo queritur, Vtrum omnia appetant bonum. ¶ Secundo, Vtrum omnia appetant ipsum Deum. ¶ Tertio, Vtrum appetitus sit quædam specialis potentia animæ.

I ¶ Quarto, Vtrum voluntas in rationabilibus sit altera potentia præter appetitum sensitivæ partis. ¶ Quinto, Vtrum voluntas aliquid de necessitate velit. ¶ Sexto, Vtrum voluntas de necessitate velit quid uult.

¶ Septimo, Vtrum aliquis mereatur volendo id quod de necessitate uult.

¶ Octavo, Vtrum Deus possit cogere voluntatem. ¶ Nono, Vtrum aliqua creatura possit immutare voluntatem vel imprimere aliquid in ipsam.

¶ Decimo, Vtrum voluntas & intellectus sint esse potentia.

¶ Undecimo, Vtrum voluntas sit altior potentia quam intellectus, vel conuersio.

¶ Duodecimo, Vtrum voluntas moueat intellectum, & alias uires animæ.

¶ Tertio decimo, Vtrum intentio sit actus voluntatis.

¶ Quartodecimo, Vtrum eodem motu voluntas velit finem, & intendat ea quæ sunt ad finem.

¶ Quintodecimo, Vtrum electio sit actus voluntatis.

A 171

QVIEST. XXII. DE VOLVNTATE, ART. I.

426

ARTICVLVS I.

Vrum omnia bonum appetant.

QVESTIO est de appetitu boni & voluntate. Et primo queritur utrum omnia bonum appetant. Et videtur quod non. Eodem enim modo ens se haber ad uerum, & bonum, cum convertatur cu utroque, sicut etiam cognitione se habet ad uerum, sic appetitus ad bonum: non autem omne ens cognoscit uerum. ergo nec omne ens appetit bonum.

¶ 2 Præt. Remoto priori remouetur posterius: sed in animali cognitione appetitum precedit, cognitione autem nullo modo se extendit ad non animata. ut dicamus ea cognoscere naturaliter. ergo nec appetitus ad eadem se extendit, vt dicamus ea naturaliter appetere bonum.

¶ 3 Præt. Secundum Boetium in libro de Hebdoma unumquodque dicitur appetere aliquid in quaestum est libi simile. si igitur res aliqua appetit bonum, oportet quod sit similis bono. cum autem similia sint, quorum est qualitas & forma una, oportet formam boni esse in appetente bonum: sed non potest esse quod sit libi secundum esse natura, quia iam ultius boni non appetere: quod enim habet aliqd, iam non appetit illud. ergo oportet quod in appetente bonum forma boni praexistat per modum intentionis: sed in quoicunque est aliquid per hunc modum, illud est cognoscens. ergo appetitus boni non potest esse nisi in cognoscitibus, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Si omnia bonum appetunt, oportet hoc intelligi de bono, quod omnia possunt habere, quia nihil appetit naturaliter, uel rationaler illud, quod est impossibile ipsum habere: sed bonum extendens se ad omnia entia, non est nisi esse. ergo idem est dicere omnia bonum appetere, & omnia esse appetentes: sed non omnia appetunt esse, immo ut videtur nulla, quia omnia esse habent, & nihil appetit nisi quod non habet, ut per Aug. pater in libro de Trinitate & per Philosophum in primo Physicorum, ergo non omnia bonum appetunt.

¶ 5 Præt. Vnum & uerum & bonum æqualiter cum ente convertuntur: sed non omnia entia appetunt unum & uerum. ergo nec bonum.

¶ 6 Præt. Secundum Philosophum, quidam habentes rectam rationem contra rationem operantur, non autem operantur nisi appetenter uel uellent: quod autem est contra rationem, est malum. ergo quidam appetunt malum, non igitur omnia appetunt bonum.

¶ 7 Præt. Bonum quod omnia appetere dicuntur, ut Cömen. dicit in prin. Ethicorum est esse: sed quidam non appetunt esse, sed magis non esse, ut damnati in inferno, qui etiā mortem animæ desiderant, ut penitus non essent. ergo non omnia bonum appetunt.

¶ 8 Præt. Sicut uires apprehensiæ comparantur ad sua obiecta, ita & appetitiæ: sed uis apprehensiæ debet esse denudata a specie sui obiecti ad hoc quod cognoscit, sicut pupilla a colore. ergo & appetens bonum debet esse deuudatum a specie boni: sed omnia habent speciem boni, ergo nihil appetit bonum.

¶ 9 Præt. Operari aliquid propter finem conuenit & creatori, & naturæ, & agenti a proposito: sed creator, & agens a proposito, ut homo, operando propter finem & desiderando, uel diligendo bonum habet cognitionem finis uel boni. ergo & natura quæ est quasi media inter duo, utpote presupponens opus creationis, & presupposita in opere artis si debeat appetere

A finem propter quæ operatur, oportet quod ipsum cognoscat: sed non cognoscit. ergo naturalia non appetunt bonum.

¶ 10 Præt. Omne illud quod appetitur, queritur: sed fīm Platонem nihil potest queri cuius cognitio non habetur, sicut si quis quereret seruum fugitivum, nisi eius notitiam habeat cum inuenit, se inuenisse nesciret. ergo illa quæ non habent cognitionem boni non appetunt ipsum.

¶ 11 Præt. Appetere finem est eius, quod ordinat in finem: sed ultimus finis, qui est Deus, non ordinatur in finem. ergo non appetit finem, vel bonum, & ita non omnia bonum appetunt.

¶ 12 Præt. Natura determinata est ad unum. si ergo res naturaliter appetunt bonum, non deberent aliquid bonum aliud naturaliter appetere: sed naturaliter omnia appetunt pacem, vt patet p Augustinū decimo non de Civitate Dei, & per Dionysium 12. capite de diuinis nominibus, & iterum pulchrum omnia appetunt, vt patet per Diony. 4. capite de diuinis nominibus. ergo non omnia appetunt bonum naturaliter.

¶ 13 Præt. Sicut aliquis appetit finem quando non habet, ita delectatur in eo iam habito. sed non dicimus res inanimatas delectari in bono. ergo nec debet dici, quod bonum appetant.

CED CONTRA, est qd Diony. dicit quarto capite de diuinis nominibus existentia, pulchrum, & bonum desiderant, & omnia quæcumque faciunt, pp hoc quod videntur eis bonum, faciunt, & omnium existentium in tōto principi, & finē habet bonum.

¶ 14 Præt. Philosophus dicit in 1. Ethico. quod quidam bonum bene definierunt dicentes, quod bonum est, quod omnia appetunt.

¶ 15 Præt. Omne quod agit, agit propter finem, vt patet per Philosophum in 2. Metaphysi. sed quod agit propter aliquid, appetit illud. ergo omnia appetunt finem, & bonum quod habet rationem finis.

¶ 16 Præt. Omnia appetunt suam perfectionem: sed unumquodque ex hoc, quod est perfectum, est bonum. ergo omnia appetunt bonum.

DRESPON. Dicendum, qd omnia bonum appetunt, non solum habent cognitionem: sed quæ sunt cognitionis experientia. Ad cuius evidentiā sciendum est, quod quidam antiqui Philosophi posuerunt effectus aduentores in natura ex necessitate præcedentium causarū prouenire, non iā quod causæ naturales essent hoc modo dispositæ pp conuenientiam talium effectuū, quod Philosophus in 2. Physicorum ex hoc improbat, qd fīm hoc huiusmodi conuenientia, & utilitates si non essent aliquo modo intentæ, casu prouenirent, & sic non acciderent in maiori parte, sed in minori, sicut & cetera quæ causæ accidere dicimus. vnde necesse est dicere, quod oīs res naturales sunt ordinatae, & dispositæ ad suos effectus conuenientes. dupliciter autem contingit aliquid ordinari, & dirigi in aliquid sicut in finem. Vno modo per seipsum, sicut homo qui seipsum dirigit ad locum quo redit. Alio modo ab altero, sicut sagitta qd a sagittatore dirigitur ad determinatum locum, per se quidem in finem dirigit non possunt, nisi illa, quæ finem cognoscunt, oportet enim dirigere habere cognitionem eius in quod dirigit: sed ab alio possunt dirigiri in finem determinatum, quæ finem non cognoscunt. Sed hoc dupliciter contingit: quandoque enim id, quod dirigitur in finem solummodo impellitur, & mouetur a dirigente sine hoc, quod aliquā formā a dirigente cōlequatur præter quam ei cōpetat talis

Quæst. diss. Tho. HHH 2 di-

QVAEST. XXII. DE VOLVNTATE, ARTI.

text. 32.
drectio, vel inclinatio. Et talis inclinatio est violen-
ta, sicut sagitta inclinatur a sagittante ad signi de-
terminatum. Aliquando autem id, quod dirigitur, vel in-
clinatur in finem consequitur a dirigente, vel mouente
aliquam formam per quam sibi talis inclinatio compe-
tatur, unde & talis inclinatio erit naturalis quam ha-
bent principium naturale, sicut ille qui dedit lapidi
grauitatem, inclinavit ipsum ad hoc, quod deorum
naturaliter fertur, per quem modum generans est mo-
tor in grauibus, & leuibus secundum Philosophum in
octavo Physico. Et per hunc modum omnia natu-
ralia in ea, quae eis conuenient, sunt inclinata, habentia
in seipso aliquod inclinationis principium, ratione cuius
corum in inclinatio naturalis est, ita ut quodammodo
ipsa vadant, & non solum ducant in fines de-
bitos, violenta enim tantummodo ducunt, & non
conferunt mouent: sed naturalia vadunt in finem
in quantum cooperantur inclinati, & dirigenti per
principium eis inditum. Quod autem dirigit, vel incli-
natur in aliquid ab aliquo, in id inclinatur, quod est in-
tentum ab eo, qui inclinat, vel dirigit, sicut in idem
signum sagitta dirigitur quo sagittator intendit: unde
cum oia naturalia naturali quadam inclinatione
sint inclinata in fines suos a primo motore, qui est
Deus, oportet quod illud in quod vnumquodque natu-
raliter inclinatur sit id, quod est volitus, vel intentum
a Deo. Deus autem cum non habeat alium suum volu-
tatis finem, nisi seipsum, & ipse sit ipsa essentia bonitatis,
oportet quod oia alia sint inclinata naturaliter
in bonum. Appetere autem nihil aliud est, quam
aliquid petere, quasi tendere in aliquid ad ipsum ordinatum.
Vnde cum oia sint ordinata, & directa in bo-
num a Deo, & hoc modo, quod univocatus in primis
principiis per quod ipsum tendit in bonum, quasi per
seum bonum, oportet dicere quod oia naturaliter
bonum appetat. Si enim essent oia inclinata in bo-
num sine hoc, quod habent in se aliquid principi-
um inclinationis, possent dici directa in bonum,
sed non appetentes bonum: sed ratione inditi prin-
cipij dicuntur omnia appetere bonum, quasi spon-
te tendentia in bonum, propter quod dicitur Sa-
piens. diuina sapientia disponit omnia sua iuxta, ga-
vnumquodque ex suo motu tendit in id, ad quod
est diuinus ordinatum.

D. 28.
Ad PRIMVM ergo dicendum, quod verum, & bonum
quodammodo similiter habet ad ens, & quodammodo
dissimiliter: quia secundum conuersationem praedica-
tionis similiter, sicut enim vnumquodque ens est
bonum, ita & verum: sed secundum ordinem cause perfici-
entis, dissimiliter. Non enim verum habet ordinem
causa perficiens ad omnia entia, sicut bonum,
quia scilicet perfectio veri attendit secundum rationem
speciei solum, vnde immaterialia solum possunt
perfici yero, quia ipsa tantum possunt recipere
rationem speciei sine materiali esse. Bonum vero cum
sit perfectum secundum rationem speciei, & esse
similiter, potest perficere tam materialia quam imma-
terialia. Et ideo omnia possunt appetere bonum:
sed non omnia cognoscere verum.

Ad SECUNDVM dicendum, quod quidam dicunt, quod si
cut oib[us] appetitus naturalis inest, ita & cognitionis
naturalis: sed hoc non potest esse verum, quia cum cognitionis
sit per assimilationem, similitudo in ea natura non fa-
cit cognitionem: sed magis impedit rationem cuius oportet
organa sensuum a speciebus sensibilium esse denuda-
ta, vt possint eas recipere secundum esse spirituale, quod co-
gnitionem causat, vnde illa quae nullo modo possunt

F. alicui recipere nisi materiale sit esse, nullo modo
possunt cognoscere, tri possunt appetere in qua-
tum ordinantur ad aliquarum in esse nature existentem.
Appetitus enim non deficit de necessitate esse spu-
tum sicut cognitionis. Vnde potest esse naturalis appeti-
tus: sed sicut cognitionis. Nec tamen hoc prohibetur per
hoc, quod appetitus in uniuersalibus cognitionem
sequitur, quia in rebus naturalibus sequitur appre-
hensionem vel cognitionem, non tamen ipsorum
appetentium, sed illius qui ea in finem ordinat.

AD TERTIUM dicendum, quod oportet quod appetere al-
iquid appetere illud, in quantum habet aliquod similitudinem
cum ipso. Nec similitudo illa sufficit quod est secundum esse spu-
tum, alias oportet, ut animal appetere mecum cognoscere:
sed sicut cognitionis. Sed hec similitudo atque duplicitas. Vnde
modo secundum quod est forma unius secundum esse actum perficitur
est in alio. Et tunc ex hoc quod aliquid sic affinitati
fini, non tendit in finem, sed quietescit in fine alio modo
ex hoc, quod forma unius est in alio incompleta, est in potentia. Et sic secundum quod aliquid
habet in se formam finis & boni in potentia tendit in
bonum, vel in fine & appetit ipsum. Et secundum hunc
modum materia dicitur appetere formam, inquit
cum est in ea forma in potentia. Ex ideo quantum
potentia magis est perfecta & propinquior est actu
ratio causaliter vehemetior in inclinatione, ex quo con-
tingit, ut omnis motus naturalis in fine intendatur,

H. quando id quod tendit in finem, id est finis similitudine.

AD QUARTVM dicendum, quod cum est oia bona appre-
tunt, non oportet bonum determinari ad hoc vel illud,
sed in communitate accipi, quia unusquodque appetit
bonum naturaliter sibi conuenientem. Si tamen ad aliquid
bonum determinetur, hoc unus erit esse. Nec hoc prohibi-
etur per hoc quod oia esse habet appetitum eius
continuationem, & quod habet esse in actu uno modo, nec
esse in potentia in alio modo, sicut aer, est actu aer, & poten-
tia ignis, & sic quod habet esse actu, appetit esse actu.

AD QUINTVM dicendum, quod unum & verum
non habent rationem finis, sicut & bonum, & ideo
nece rationem appetibilis dicunt.

I. AD SEXTVM dicendum, quod illi qui operantur
contra rationem appetunt bonum per se, ut pote-
qui fornicatur attedit ad id quod est bonum & de-
letabile secundum sententiam: sed quod sit malum finis
rationem est prater intentionem eius. Vnde bonum
est desideratum per se, malum vero per accidens.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut aliiquid se habet
ad hoc quod sit bonum, ita ad hoc quod sit ap-
petibile: dictum est autem supra quod secundum ei
se substantiale non dicitur aliquod bonum simpliciter
& absolute, nisi superaddatur perfectiones aliquae
debitae. Et ideo ipsum esse substantiale non est abso-
lute appetibile nisi debitis perfectionibus adiungatur.
Vnde Philosophus dicit in primo Ethicorum, om-
nibus delectabile est esse. Non oportet autem acci-
dere malam vitam & corruptam in tristitia, hac est
enim mala simpliciter, & simpliciter fugienda, quia
sit appetibilis secundum quid, eiusdem autem ratio-
nis est in appetendo, & fugiendo aliquod esse bonum,
& corruptum mali, vel esse malum & corruptum
boni. Nam ipsum carere malo dicimus bonum secun-
dum Philosophum in 5. Ethicorum. Non esse
igitur accipit rationem boni, in quantum tollit esse
in tristitia vel in malitia, quod est malum simpliciter,
licet sit bonum secundum quid. Et per hunc mo-
dum non esse potest desiderari sub ratione boni.

Ad OCTAVVM dicēdū, q̄ in apprehensiuis potē. tjs nō semper hoc est verū, qđ por̄tia denudet tota lita a specie sui obiectū: hoc n̄ fallit in illis potentijs, q̄ h̄t obiectū vniuersale: sicut intellectus, cuius obiectū est quidditas, cū tamē habeat quidditatē: oportet tñ qđ s̄t denudatus a formis illis quas recipit. Fallit etiam in tactu, qđ hoc quod si habeat specialia obiecta, sunt tñ de accessitate animalis: vñ organum eius non pōt̄ esse omnino abſque calido, & frigidū, in quantum est medie complexionatū, medium autē neutrū extremerū est. Appetitus autē habet obiectum cōc. s̄ bonum. Vnde non est depudatus totaliter a bono: sed ab illo bono, quod appetit, habet tamen illud in potentia, & secundū hoc similatur illi: sicut & potentia apprehensiva est in potentia ad speciem sui obiecti.

Ad NON M dicendum, q̄ sicut ex dictis patet, in omni dirigente in finem requiritur cognitio finis. Natura autem non dirigit in finem, sed dirigitur. Deus autē, & agens a proposito quo libet dirigit in finem: & ideo oportet, quod habeant finis cognitionem, non autem res naturalis.

Ad x. dicēdū, q̄ illa procedit recte de eo, qđ appetit finē, qua s̄ sc̄ipsum in finē dirigeat: quia in eo requiritur, q̄ sc̄iat, cū ad finē pertinet. sicut in eo oportet in eo, quod tantū in finem dirigitur.

Ad xi. dicēdū, q̄ per candē naturam aliquid tē dit in finē quem nō dūm habet, & delectatur in fine, cum habet iam: sicut per candē naturam terra mouetur deorsum, & quiete ibi. Fini ergo vltimo nō competit tendere in finē: sed sc̄ipso sine fructu. Et hoc licet proprie appetitus dici non possit: est tamen quoddam ad genus appetitus pertinēs, a quo omnis appetitus derivatur. Ex hoc enim, qđ Deus sc̄ipso fructu, aliis in se dirigit.

Ad xii. dicendum, q̄ appetit terminari ad bonum, & pacem, & pulchrum, non est terminari in diuersa. Ex hoc enim ipso, quod aliquid appetit bonum, appetit simul pulchrum, & pacem: pulchru quidem, in quantum est in sc̄ipso modificatum, & specificatum, quod in ratione boni includitur: sed bonum addit ordinem perfectiū ad alia. Vnde qui cumque appetit bonum, appetit hoc ipso pulchru: pax autem importat remotionem perturbantium, & impedientium adaptionem. Ex hoc autem ipso, quod aliquid desideratur, desideratur remotione impedimentorum ipsius. Vnde & eodem appetitu appetit bonum, pulchrum, & pax.

Ad xiii. dicendum, quod delectatio in ratione sui includit rationem boni, quod delectat, proper hoc non possunt delectari in fine habito, nisi ea quae cognoscunt finem: sed appetitus cognitionem non importat in appetente, ut ex dictis patet. Tamen large, & improprie accipiendo delectationem Diony. dicit in quarto cap. de Diuinis nomi. quod pulchrum, & bonum est omnibus desiderabile, & amicabile.

ARTICVLVS. II.

Vtrum omnia Deum ipsum appetant.

Secundo queritur, vtrum omnia appetant ipsum Deum. Et videtur quod non. Res enim ordinatur in Deum, vt est cognoscibilis, & appetibilis: sed non omnia que ordinantur in ipsum, vt est cognoscibilis, cognoscunt Deum. ergo nec omnia, que ordinantur in ipsum, vt appetibile, appetunt ipsum.

A¶ 2. Præt. Bonum quod est ab omnibus desideratum, secundum Philosophum in I. Ethicorum, est etis, vt ibidem vult Com. sed Deus non est esse omnium, ergo Deus non est illud bonum, quod ab omnibus est desideratum.

P3. Præt. Nullus appetit bonū, qđ refugit: sed qdam refugiūt Deum cum odiāt ipsum, vt habet in Psal. 73. Superbia corū &c. & Iob. 21. dī. Dixerunt Deo recede a nobis, ergo non omnia appetunt Deum.

A¶ 4. Præt. Nullus appetit id, quod habet: sed quidā sicut beati, qui eo fruuntur, habent ipsum Deum, ergo non omnia Deum appetunt.

A¶ 5. Præt. Naturalis appetitus nō est, nisi eius quod pōt̄ haberi: sed sola rōnalis creatura pōt̄ habere Deum, cū solā sit ad imaginē, & eo ipso imago Dei sit quo caput eius est: vñ Aug. dicit in libro de Trinitate, ergo non omnia naturaliter appetunt Deum.

Sed contra est, quod August. dicit in lib. Solit.

Deum diligit quicquid diligere potest: sed omnia possunt diligere, quia omnia appetunt bonum: ergo omnia appetunt Deum.

P6. Præt. Vnumquodque appetit naturaliter finem suum: propter quem est: sed omnia sunt ordinata in Deum, sicut in finem, Prover. 12. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. ergo omnia naturaliter appetunt Deum.

RESPON. Dicendum, qđ omnia naturaliter appetunt Deum implicite, nō autem explicite. Ad cuius eidem dicendum est, qđ secunda causa non pōt̄ influere in suum effectum, nisi inquantu recipit virtutem primā causā. Sicut autē influere causā efficiētis est agere: ita influere causā finalis est appeti, & desiderari: ita ideo sicut secundariū agens non agit, nisi p̄ virtutē primi agentis existentem in eo: ita secundariū finis nō appeti, nisi p̄ virtutē finis principali in eo existentiē, prout l. est ordinatum in illud, vel haber similitudinem eius. Et ideo sicut Deus p̄ hoc, qđ est primum efficiens, agit in omni agente: ita p̄ hoc, quod est ultimus finis, appeti in omni fine. Sed hoc est appetere ipsum Deum implicite, sic n. virtus primā causa est in secunda, vt principia in conclusionibus: resoluere autē conclusiones in principia, vel secidas causas in primas, est tñ virtutis rōnalis. Vnde sola rōnalis natura pōt̄ secundarios fines in ipsum Deum, per quandam viam resolutionis inducere, & sic ipsum Deū explicite appetat. Et sicut in demonstratiū secūtis nō recte sumit conclusio, nisi p̄ resolutionē in prima principia: ita appetitus creaturā rōnali non est rectus, nisi per appetitū explicitū ipsum Dei, actū vel habitu.

Ap PRIMVS ergo dicēdū, qđ omnia cognoscētia cognoscunt implicite Deū in quolibet cognitio. Sicut enim nihil habet rationem appetibilis, nisi per similitudinem primae bonitatis: ita nihil est cognoscibile, nisi per similitudinem primae veritatis.

Ad SECUNDVM dicendum, qđ ipsum esse est simili tudo diuinæ bonitatis: vnde in quantum aliqua desiderant esse, desiderant Dei similitudinem, & Deū implicite.

Ad TERTIVM dicendum, quod Deus dupli citer pōt̄ considerari, vel in se, vel in effectibus suis. In se quidem, cum sit ipsa essentia bonitatis, non pōt̄ non diligi: vnde ab omnibus identibus eum per effectum diligitur, & ibi quantum quisque cognoscit, tantum dilit. Sed in aliquibus effectibus suis in quantum sunt contrarij volūtati, sicut sunt pœnae illatae, vel præcepta quae gra-

Quæst. dī. S. Tho. HHH 3 uia

In prin. ibi-
dem, & cō-
mentator.

Lib. 14. c. 8.
par. 6 a prin.
to. 3.

QVAEST. XXII. DE VOLVNTATE, ART. III.

p. 4. a me.
via vident, ipse Deus refugit, & quodammodo odio F
habetur. Et tñ oportet, qđ illi, qui cum quārum ad
aliquos effectus odiunt, in alijs effectibus diligent
eum, sicut ipsi dæmones san Diony. in 4. cap. de Di-
uiniis nomin. appetunt esse, & vivere naturaliter, &
in hoc ipsum Deum appetunt, & diligunt.

Ad QUARTVM dicendum, qđ beati qui iam fru-
tur Deo, appetunt fruitionem continuatorem, & ite-
rum ipsa fruitio est sicut iam quidam habitus perse-
ctus suo appetibili: quamvis nomen appetitus im-
perfectionem importet.

Ad QUINTVM dicendum, qđ sola creatura rationalis est
capax Dei, quia ipsa sola pōt ipsum cognoscere, &
amare explicite. Sed alia creature participat diuinā
similitudinem, & sic ipsum Deum appetunt.

ARTICULUS III.

Vrum appetitus sit quadam specialis anima potentia.

TERTIO queritur, vrum appetitus sit quadam
specialis potentia anima. Et videtur quod nō,
potentia enim anima non ordinatur, nisi ad ope-
ra vita: sed opera vita dicuntur quibus animata ab
inanimatis distinguuntur: sed secundum appetere
non distinguuntur animata ab inanimatis, quia ina-
nimata bonum appetit, ergo appetitus non est
specialis potentia anima.

¶ 2 Præt. Appetitus nihil aliud esse vñ, quam qua-
dam directio in finem: sed appetitus naturalis suffi-
cit ad hoc, quod aliquid p̄ ipsum dirigatur in fine.
ergo nō oportet appetitum superaddi animali, &
qua sit specialis potentia anima.

¶ 3 Præt. Operationes, & potentiae differunt penes
terminos: sed idem est terminus appetitus naturalis,
& animalis, scilicet bonum. ergo eadem est poten-
tia, vel operatio: sed appetitus naturalis nō est
potentia anima, ergo nec animalis.

¶ 4 Præt. Appetitus est rei non habitat in August.
sed in animalibus iam per cognitionem bonū ha-
bet, ergo cognitionem boni non sequit in animali-
bus aliquis appetitus qđ specialē requirat potentiam.

¶ 5 Præt. Specialis potentia ordinat ad specialē actū,
nō aut ad actū cōmē omnibus anima potentias: sed
appetere bonum est cōmē omnibus potentias ani-
mæ, quod patet ex hoc, qđ quelibet potentia appe-
tit suum obiectum, & delectatur in ipso. ergo ap-
petitus non est specialis potentia anima.

¶ 6 Præt. Si potentia appetitua appetit bonū, aut ap-
petit bonum cōmē, aut bonum proprie sibi: tamen
appetit bonum cōmē, cum alia potentia appe-
tit bonum particolare: appetitua potentia nō erit
specialis potentia: sed vniuersalis. Si autem appetit
bonum sibi, cum qualibet alia potentia sibi bonū
appetit par ratione qualibet alia potentia dici po-
terit appetitus. ergo non erit aliqua potentia, quæ
specialiter debeat dici appetitus.

SED CONTRA est, qđ Philosophus appetitum po-
sit speciale potentiā anima in tercio de Anima.
tex. 48. & fe-
quentibus.

RESPON. Dicendum, quod appetitus est specialis
potentia animæ. Ad cuius evidentiā sciendum
est, quod cum potentia anima ordinatur ad ope-
ra, quæ sunt animatorum propria, secundum hoc
aliqua operatio habet, quod ad eam specialis
potentia anima deputetur, qđ ipsa est propria oper-
atio animati, inuenit autem aliqua operatio, quæ
secundum vnum modum cōmūnis est animatis, &
non animatis: sed secundum aliud modum est ani-
matorum propria, sicut moueri, & generari. Res. n.
spirituales ab solutè habent naturā, vt mouant, sed

non vt mouantur. Corpora autē mouentur quidē,
& quamvis vñ possit alterū mouere, non tñ aliqui
corū pōt mouere scipsum: quia illa, que mouen-
tes, quartū vna est mouens, & alia est mota. Quod
quidē in rebus pure corporalibus esse non pōt, qđ
forma carum non pōt esse motes, quāvis pōt el-
se motus principiū, ut quo aliquid mouetur: huc
in motu terre gravitas est principiū quo mouetur,
nō tñ est motor. Et hoc contingit, tum pōt simili-
citatē corporum ināitorum, que non hent tam
dueritatem in partibus, vt una possit esse mo-
vens, & alia mota, tum pōt ignorabilitē, & materi-
alitatem formarū. Quæ quia lōgē distat à formis spe-
ciali, quārū est mouere, non reninet, vt mouere
possint: sed solū, vt sint motus principia. Res vero
aliorū sunt cōposita ex natura spirituali, & corpo-
rali, vñ pōt esse in eis una pars motus, & alia mota,
tā fīm motū localē quam fīm alios motus. Et iō qđ
quantum moueri efficitur hoc mō propriū actio
ipsorū aliorū, vt ipsa scipsum moueat ad determina-
tas spēs motus, inuenientur in animalibus speciales po-
tentiae ordinatae: sicut ad motū localē in animali, ut
motua, in plātiis vero, & in animali, cōtēns usq; aggra-
tatiua ad motū augmēti, nutritiua ad motū genera-
tiois, generatiua ad motū generationis. Similes
appetere qđ quodammodo cōe est omnib; pōt qđ
dāmodū speciale animatis, f. animalibus, inueniā
in eis inuenit appetitus & mouens appeti-
fū Philos. in 3. de Anima. Vnde sicut anima mo-
tetur ex se pōt alijs, ita & appetit ex se pōt pro-
pōt, hoc, sicut vis motua est specialis potentia in ani-
mata & vis appetitua.

HE AD PRIMUM ergo patet solutio per antedicta.

AD SECUNDUM dicendum, qđ quia alia natura tñ
participare diuinā bonitatem eminetur careris infe-
rioribus rebus, inde est, qđ indiget multis operatio-
nib; & auxiliis ad suā perfectionē: sicut qui pōt con-
sequi perfectā sanitatem nō uitius exercitū cōpō-
nūt, sicut sanitas, quā ille, qui non pōt percipere, qđ
modicā sanitatem, & ob hoc nō indiget nō modi-
co exercitio fīm exemplum Philos. in 2. Cœl. &
Mundi. Et iō cum appetitus naturalis tñ determina-
tus ad vnum, nec possit esse multiformis, vt in tota
dueritāte extendat, quot alia indigent, necessarii
fūt, ut animalibus supercederetur appetitus alia
consequens apprehensionē, vt ex multiplicitudine
apprehensionis animali in dueritāte fuerat.

AD TERTIUM dicendum, qđ quis bonum appre-
tur, tam per appetitum aliam quam per appetitū
naturalē: tamen per naturalē appetitū nō appetit
aliquid bonū ex sciplo, sicut per aliacem. Et iō ad ap-
petendum bonū appetitū alia exiguit potentiā
qua non exiguit ad appetendum per appetitū
naturalē. Et pōea bonū, in quod tendit appeti-
tus naturalis est determinatum, & unito men-
tem est ita de bono, quod appetit per appetitū
alia, & potest simile induci de virtute mouens.

AD QUARTVM dicendum, qđ appetens bonū
querit hīc bonum fīm cōfōntatione, qualiter &
cognoscēt hīc: sed fīm cōfōntatione. Erideo per
hoc quod animal habet bonum, ut cognoscēt ip-
sum, non excludit quin possit ipsum appetere.

AD QUINTVM dicendum, qđ vnaquac; potentiā ap-

petit suū obiectū appetitū naturalis: sed appetitū ne-

turalis ad specialē potentiā pīct. Et ḡa appetitū

naturalis est determinatus ad unum, animalis autem sequitur apprehensionem, inde est quod singulis potentie appetit bonum determinatum: sed vis appetitiva appetit quodcumque bonum appetibilem. Nec tamen sequitur quod sit generalis, quia bonum commune appetit speciali modo. Vnde patet solutio ad vñitum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum voluntas in rationalibus sit alia potentia preter appetitivam sensitivam partis.

QUARTO quæritur, utrum voluntas in rationalibus sit alia potentia preter appetitivam sensitivam partis. Et videtur quod non. Accidentaliter differentia obiectorum non diversificat potestas: sed obiecta voluntatis, & appetitus non differunt, nisi per differentias accidentales boni, quod per se est obiectum appetitus, non enim videntur aliter differre, nisi quod voluntas est boni apprehensio p intellectum, appetitus autem sensibilis est boni apprehensi per sensum, quæ accidunt bono in quantum est bonum. ergo voluntas non est alia potentia ab appetitu.

¶ 2 Præt. Vis appetitiva, sensitiva, & intellectiva differunt per particulares, & vniuersales, quia sensus apprehendit particularia, intellectus vniuersalia: sed per hoc non potest distinguiri appetitus sensitivæ partis, & intellectivæ, quia omnis appetitus est boni in rebus existentibus, quod non est vniuersale, sed singulare. ergo non debet dici, quod appetitus rationalis, qui est voluntas sit alia potentia ab appetitu sensitivæ partis, per modum quo intellectus est alia potentia a sensu.

¶ 3 Præt. Sicut apprehensionem sequitur appetitus, ita appetitum sequitur vis motu: sed motu non est alia, & alia in rationalibus, & irrationalibus. ergo nec appetitiva, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Philosophus in 1. de Anima distinguit quinque genera potentiarum animarum, & operacionum, quorum unum includit generationem, nutitionem, & augmentum secundum sensum, tertium appetitum, quartum motum secundum locum, quintum intellectum, ubi intellectus a sensu distinguitur, non autem appetitus intellectivus ab appetitu sensitivo. ergo videtur, quod non distinguatur potentia appetitiva superioris ab inferiori, sicut potentia appetitiva superior a potentia apprehensionis inferiori.

SED CONTRA, est quod Philosophus in 3. de Anima distinguit voluntatem ab appetitu sensitivo.

¶ 2 Præt. Quæcumque sunt ordinatae adiunctorum, operari esse distincta: sed appetitus intellectivus est superior appetitu sensitivo secundum Philosophum in 3. de Anima, & mouet ipsum, ut sphaera sphaeram, ut ibidem dicitur. ergo voluntas est alia potentia ab appetitu sensitivo.

RESPON. Dicendum, quod voluntas est alia potentia ab appetitu sensitivo. Ad cuius evidenter scendum est, quod sicut appetitus sensitivus distinguitur ab appetitu naturali propter perfectiore modum appetendi, ita appetitus rationalis ab appetitu sensitivo. Quanto enim aliqua natura est Deo propinquior, tanto expressior in ea diuina dignitas similitudo inuenitur: hoc autem ad diuinam dignitatem pertinet, ut omnia mouent, & inclinet, & dirigant, ipse a nullo alio motus, vel inclinatus, vel directus. Vnde quanto aliqua natura est Deo vicinior, tanto minus ab eo inclinatur, & magis nata est seipsum inclinare. Natura igitur insensibilis, que ratione sua materialitatis est maxime a Deo remota, inclinatur quidem in aliquem finem, non

tamen est in ea aliquid inclinans, sed solummodo inclinationis principium, ut ex predictis patet. **A** natura autem sensitiva, ut Deo propinquior in seipso habet aliquid inclinans. appetibile apprehensum: sed tamen inclinatio ipsa non est in potestate ipsius animalis, quod inclinatur: sed est ei aliunde determinata. Animal enim ad aspectum delectabilem, non potest non concupiscere illud, quia illa animalia non habent dominium suum inclinationis: vnde non agunt, sed magis aguntur secundum Damas. Et hoc ideo, quia vis appetitiva sensibilis habet organum corporale, & ideo vicinatur dispositionibus materiae, & rerum corporalium, ut mouatur magis quam moueat. Sed natura rationalis, quæ est Deo vicinissima, non solum habet inclinationem in aliquid, sicut habent inanimata, nec solum nouæ hæc inclinationem quasi aliunde eis determinata, sicut natura sensitibilis: sed vitra hoc habet in potestate ipsam inclinationem, ut non sit ei necessarium inclinari ad appetibile apprehensum: sed possit inclinari, vel non inclinari, & sic ipsa inclinationem non determinatur ei ab alio, sed a seipso. Et hoc quidem competit ei in quantum non vitatur organo corporali, & sic recedens a natura mobilis accedit ad naturam mouentis, & agentis. Quod autem aliquid determinet sibi inclinationem in finem, non potest contingere, nisi cognoscat finem, & habitudinem finis in ea, quæ sunt ad finem, quod est tantum rationis. Et ideo talis appetitus non determinatur ex aliquo alio de necessitate sequitur apprehensionem rationis. Vnde appetitus rationalis, qui voluntas dicitur, est alia potentia ab appetitu sensibili.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod voluntas ab appetitu sensibili non distinguitur directe per hoc quod est sequitur apprehensionem hanc, vel illam: sed ex hoc quod est determinare sibi inclinationem, vel habere inclinationem determinatam ab alio, quia duo exigunt potentiam non vnius modi. Sed **D. 230.** talis diversitas requirit diversitatem apprehensionis, ut ex predictis patet. Vñ quasi ex cœquenti accipit distractio appetituarum virtutis penes distinctionem apprehensivarum, & non principaliter.

AD SECUNDVM dicendum, quod appetitus semper intendat ad aliquid in re natura existens, quod est per modum particularis, & non vniuersalis, tñ ad appetendum quandoq; mouetur per apprehensionem alicuius vniuersalis conditionis, sicut appetitus hoc bonū ex hac consideratione, qua consideramus simpliciter bonū esse appetendum: quandoq; vero per apprehensionem particularis ēm suā particularitatē. Et ideo sicut appetitus ex cōsequenti distinguuntur per differentiam apprehensionis quā sequitur, ita ex cōsequenti distinguuntur vniuersale, & particularē.

AD TERTIVM dicendum, quod cum motus, & operationes sint in singularibus, & ab vniuersali propositione non possit fieri decisus ad conclusiōne particularē, nisi mediante assumptione particularis, non potest vniuersalis conceptio intellectus applicari ad electionem operis, quæ est quasi conclusio in operabilibus, ut dicitur in 7. Ethic. nisi mediante apprehensione particulari. Et ideo motus, qui sequitur apprehensionem vniuersalem intellectus mediante particulari apprehensione sensus, non requirit aliam potentiam motuā respondentem intellectū, & aliam respondentem sensu, sicut est de appetitu qui immediate sequitur apprehensionem, & potest motuā imperata, de qua obiectio tangit, quæ est vis affixa muscularis, & nervis. Vnde non potest esse intellectua partis, quæ organo non vitatur. **Quæst. dif. S. Tho.** **IHH 4** **Ad**

QVÆST. XXII. DE VOLVNTATE, ART. V.

D. 228. **A**d quartum dicendum, quod sensus, & intellectus differunt per rōnes apprehensibiles in quantum est apprehensibile, propter hoc quod ad diuersa genera pertinent potentiarū. Sensus n. tenet in apprehendendo particulare, intellectus autē in apprehendendo vniuersale. Appetitus vero superior, & inferior non differunt per differentias appetibilis, in quantum est appetibile, cum in idem tendat bonum quandoque vterque appetitus, sed differunt penes diuersum modum appetendi, ut ex dictis patet. Et ideo sunt quidem diuersæ potentiae, sed non diuersa potentiarum genera.

ARTICVLVS V.

Vtrum voluntas quipiam de necessitate velit.

QUINTO queritur, vtrum voluntas aliquid de necessitate velit. Et videtur, quod sic, quia secundum Aug. in 13. de Trin. beatitudinem omnes una voluntate experuntur, de necessitate experitur: si enim non de necessitate, contingerebat ab ali quo non expeti. ergo voluntas de necessitate aliquid experit.

¶ 2 Præt. Omne motuum perfecta virtutis de necessitate mouet suum mobile: sed secundum Philosophum in tertio de Anima, Bonum est motuum voluntatis secundum quod apprehenditur. ergo cum aliquid sit perfectum bonum, sicut Deus, & beatitudo, vt dicitur in 1. Ethico, aliquid erit, quod de necessitate voluntatem mouebit, & ita a voluntate aliquid necessario appetitur.

¶ 3 Præt. Immaterialitas est causa, quare aliqua potentia cogi non possit, potentiae autem organis affixa coguntur, sicut patet precipue de monstra: sed intellectus est immaterialior potentia quam voluntas, quod patet ex hoc quod habet immaterialius obiectum, scilicet vniuersale, cum bonum in rebus particularibus existens sit obiectum voluntatis. cū igitur intellectus cogatur, vt aliquid de necessitate teneat, vt dicitur in 5. Meta. videtur, quod voluntas aliquid de necessitate appetat.

¶ 4 Præt. Necesse non remouet a voluntate, nisi ratione libertatis, cui videtur necessitas opposita: sed non omnis necessitas impedit libertatem. Vnde dicit August. in quinto de Cuiitate Dei, si illa diffinitur esse necessitas secundum quam dicimus necesse est, vt ita sit vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntas. ergo voluntas de necessitate aliquid vult.

¶ 5 Præt. Necessarium est, quod non potest nō esse: sed Deus nō potest non velle bonum, sicut nō potest non esse bonus, ergo necessario vult bonum. ergo aliqua voluntas necessario vult aliquid.

¶ 6 Præt. Secundum Grego. peccatum, quod per poenitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit: peccatum autem non committitur, nisi voluntarie secundum August. cum ergo tractio sit quidam motus violentus, vt patet in 7. Phys. aliquis potest violenter cogi ad aliquid de necessitate volendum.

¶ 7 Præt. Secundū, qd Magister dicit in 2. dist. 1. lib. & sumitur ex verbis Aug. in secundo statu, id est in statu culpæ, non potest homo non peccare aīi reparatione mortaliter: post reparationem vero latenter venialiter: sed tam peccatum mortale, quam veniale est voluntariū. ergo aliquis statu hominis est, in quo non potest non velle id, in quo peccatum consistit, &

sic de necessitate voluntas aliquid vult.
¶ 8 Præt. Quanto aliquid magis natum est ad mouendū, tanto magis natum est ad necessitatem inferre: sed bonum magis potest mouere quam verum, quod dicitur in 6. Meta. ergo cum verum cogat intellectum, multo fortius bonum cogit voluntatem.

¶ 9 Præt. Bonum fortius imprimit quam verum, quod patet ex hoc quod amor, qui est in proprio bono, est magis intensus quam cognitio, que est impressio veri: amor. n. f. m. Aug. et vita quæda n. f. m. amantem amato. ergo bonum magis potest in re necessitatem voluntati quam verum intellectum & sic idem quod prius.

G **¶ 10 Præt.** Quanto aliqua potentia magis pondatur sua obiecta, tanto minus potest ab eis cogi: sed ratio magis potest in sua obiecta quam voluntas, ratione. n. f. m. Aug. 1. de Trinit. format in le species rerum, non autem voluntas, sed mouetur ab appetibiliis, ergo magis potest voluntas cogi ab appetibiliis quam ratio a cognoscibiliis, & sic idem quod prius.

¶ 11 Præt. Quod per se inest, de necessitate inest velle aliquid per se, inest voluntati. ergo voluntas de necessitate aliquid vult. Probatio media: ratione bonum est per se voluntas, ergo quandam quae in ipsum fertur voluntas, per se inest vultus semper ipsum fertur, quia naturaliter fertur in ipsum. ergo voluntas semper per se vult sumnum bonum.

¶ 12 Præt. In cognitione scientie necessitas innaturatur: sed sicut omnes homines naturaliter vult sciire secundum Philos. in 1. Metaph. ita naturaliter volunt bonum, ergo in voluntate boni necessitas inuenitur.

¶ 13 Præt. Glos. Roma 7. dicit, quod voluntas vult naturaliter bonum: sed ea quæ sunt secundum naturam, sunt de necessitate. ergo voluntas vult secundum necessitatem.

¶ 14 Præt. Omne quod augetur, & minoratur potest totaliter auferri: sed libertas voluntatis auger, & minoratur, liberius us. arbitrio habuit honorem peccatum quam post peccatum secundum Augustum. ergo libertas voluntaris potest totaliter tolli, & ita voluntas potest de necessitate cogi.

SED CONTRA. s. i. Aug. in 5. de Cui. De S. I. quid est voluntarium non est necessarium, sed omnia quod voluntarium est, est voluntarium, ergo voluntas non vult aliquid de necessitate.

¶ 2 Præt. Hug. dicit quod lib. arb. potentissimum est lib. Deo: sed quod est tale, nō potest cogi ab aliquo de necessitate, ergo voluntas non de necessitate aliquid vult.

¶ 3 Præt. Libertas opponitur necessitate: sed voluntas est libera, ergo non de necessitate aliquid vult.

¶ 4 Præt. Bernar. dicit, quod lib. arb. ex ingenio voluntate nulla de necessitate mouetur: sed dignitas voluntatis auferri non potest, ergo non potest voluntas de necessitate aliquid vult.

¶ 5 Præt. Potest voluntas rationales se habent ad opposita, s. i. Philos. sed voluntas rationalis est potentia, est in ratione, vt dicitur in 3. de Anima. ergo se habet ad opposita, & ita nō de necessitate determinatur ad aliquod.

¶ 6 Præt. Quod de necessitate determinatur ad aliquod, naturaliter est determinatum ad illud: sed voluntas contra naturalem appetitum dividitur, ergo voluntas non de necessitate aliquid vult.

¶ 7 Præt. Ex eo, quod aliquid est voluntarium, diffi-

esse in nobis, ita quod nos Domini illius sumus: sed illud quod est in nobis, cuius Domini sumus, possumus velle, & non velle. ergo omne quod voluntas vult, potest velle, & non velle, & ita non de necessitate aliquid vult.

RSPON. Dicendum, quod sicut potest accipi ex verbis Augustini 5. de Ciuitate Dei. duplex est necessitas, necessitas scilicet coactionis, & haec in volvntem nullo modo cadere potest, & necessitas naturalis inclinationis, sicut dicimus Deum de necessitate vivere. Et tali necessitate voluntas aliquid de necessitate vult. Ad cuius eidem scendum est, quod in rebus ordinatis oportet primum modum includi in secundo: & in secundo inueniatur non solum id, quod sibi competit secundum rationem propriam, sed quod competit secundum rationem prius, sicut homini conuenient non solum ratione vti, quod ei competit secundum propriam differentiam quæ est rationale, sed vt senti, vel alimento quod ei competit secundum genus suum, quod est animal vel vitium. Et similiter videmus in sensibilibus, quod cum sensus tactus sit quasi fundamentum aliorum sensuum, in organo vniuersitatisque sensus non solum inueniuntur proprietates illius sensus, cuius est organum proprium, sed etiam proprietas tactus. sicut organum sensus visus non solum sentit album & nigrum inquantum est organum visus, sed sentit calidum, & frigidum, & cōcupit ab eorum excellentiis secundum quod est organum tactus. **C** Natura autem & voluntas hoc modo ordinata sunt, ut ipsa voluntas quedam natura sit, quia omne quod in rebus inueniatur natura quedam dicitur. Et ideo in voluntate oportet inuenire non solum id quod voluntatis est, sed etiam quod natura est: hoc autem est, cuiuslibet naturæ creatæ, via Deo sit ordinata in bonum naturaliter appetens illud. Vnde & voluntati ipsi inest naturalis quidam appetitus sibi conuenientis boni. Et præter hoc habet appetere aliquid secundum propriam determinacionem non ex necessitate, quod ei competit inquantum voluntas est. Sic autem est ordo nature ad voluntatem, ita se habet ordo eorum quæ naturaliter vult voluntas ad ea, respectu quorum a seipso determinatur non ex natura. Et ideo sicut natura est voluntatis fundamentum, ita appetibile quod naturaliter appetitur est aliorum appetibilium principium & fundatum. In appetibilibus autem finis est fundatum & principium eorum quæ sunt ad finem, cum que sunt propter finem non appetantur nisi ratione finis. Et ideo quod voluntas de necessitate vult quæ naturali inclinatione in ipsum determinata, est finis vitium, vt beatitudine, & ea que in ipso inclinatur, vt est cognitio veritatis & alia huiusmodi. Ad alia vero non de necessitate determinatur naturali inclinatione, sed propria dispositione absque necessitate. **E** Quamvis autem quedam necessaria inclinatione ultimum finem velit voluntas, nullo tamen modo concedendum est quod ad illud volendum cogatur. Coactione enim nihil aliud est, quam violentia cuiusdam inducione. Violentum autem secundum Philosophum in 3. Ethic. est, cuius principium est extra illud conferente viam passo, sicut si lapis sursum projectetur, quia nullo modo quantum est de se ad hunc motum inclinatur. Sed cum ipsa voluntas sit quedam inclinatione, eo quod est appetitus quidam, non potest contingere, vt voluntas aliquid velit & inclinationis eius non sit in illud. Et ita non potest contingere, vt voluntas aliquid coacte vel violenter velit, si aliquid naturali inclinatione velit. **p-**

A ter igitur quod voluntas non necessario aliquid vult necessitate coactionis, vult tamen aliquid necessario necessitate naturalis inclinationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille communis appetitus beatitudinis non procedit ex aliqua coactione, sed ex naturali inclinatione.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ quantumcumque aliquid bonum efficaciter mouet voluntatem, non tamē ipsam cogere potest: quia ex quo ponitur quod velit aliquid, ponitur inclinationem habere in id, quod est contrarium coactioni. Sed ex perfectione boni alicuius contingit quod voluntas determinatur ad illud inclinatione naturalis necessitatibus.

AD TERTIUM dicendum, q̄ intellectus aliquid naturaliter intelligit, sicut & voluntas aliquid naturaliter vult: sed coactio non est contraria intellectui secundum suam rationem, sicut & voluntati. Intellectus enim si habeat inclinationem in aliquid, non tamē nominat ipsam inclinationem hominis, sed voluntas ipsam inclinationem hominis nominat. Vnde quicquid sit secundum voluntatem, si secundum hominis inclinationem, & per hoc non potest esse violentum. Sed operatio intellectus potest esse contra inclinationem hominis quæ est voluntas, vt cum alicui placet aliqua opinio, sed propriæ efficaciam rationum deducitur ad assentendum contrario per intellectum.

AD QUARTVM dicendum, q̄ Augustinus loquitur de necessitate naturali, quam a voluntate non excludimus respectu aliquorum. Et haec necessitas in diuina voluntate inueniatur, sicut in diuino esse. Ipsa est necessariæ per seipsum, vt dicitur in 3. Metaphysicorum. Vnde pater solutio ad quintum.

AD SEXTVM dicendum, q̄ peccatum commissum non trahit cogendo voluntatem, sed inclinando, in quantum priuat gratiam per quam homo fortificabatur contra peccatum, & in quantum ex actu peccati relinquitur dispositio, & habitus in anima inclinans ad sequens peccatum.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod homo quantumcumque est in statu peccati mortalis potest peccatum mortale vitare per libertatem voluntatis, & exponunt quod dicitur, non potest non peccare, si non habere peccatum non potest, sicut & videtur dicitur habere visum & vti visu, potest autem secundum eos non peccare, id est non vti peccato. Et secundum hoc patet quod nulla necessitas inducit in voluntate ad consentiendum peccato. Alij autem dicunt, quod sicut homo in statu huius vitae non potest peccatum veniale vitare, non quia possit vitare hoc vel illud, sed quia non potest vitare omnia, vt scilicet nullum committat; ita est de mortalibus in eo qui gratiam non habet. Et secundum hoc patet, quod voluntas non habet necessarie velle hoc vel illud, quamvis sine gratia inueniatur desponsans ab indeficiens inclinatione in bonum.

AD OCTAVVM dicendum, quod forma recepta in aliquo non mouet illud in quo recipitur: sed ipsum habetalem formam, est ipsum motum esse, sed mouentur ab exteriori agente, sicut corpus quod calefit per ignem non mouetur a calore recepto, sed ab igne. Ita intellectus non mouetur a specie iā recepta, vel a vero quod consequitur ipsam speciem, sed ab aliqua re exteriori quæ imprimat in intellectum, sicut est intellectus agens, vel phantasia, vel alii quid aliud huiusmodi. Et præterea, sicut verum est proportionatum intellectui, ita & bonū affectui. Vnde verum propter hoc quod est in apprehensione non

QVAES. XXII. DE VOLVNTATE, ART. VI.

non est minus natum mouere intellectum, quam bonum affectum. Et praterea hoc quod voluntas non cogitura bono, non est ex insufficientia boni admouendum, sed ex ipsa ratione voluntatis, ut ex dictis patet. Et per hoc patet solutio ad nonum.

AD X. dicēdum, q̄ res quae est extra animam, nō imprimis speciem suam in intellectum possibilem, nisi per operationē intellectus agentis. Et pro tanto dī anima in seipso informare formas rerum. Similiter non est sine operatione voluntatis, quod voluntas in appetibile tēdat. Vnde ratio nō sequitur. Et praterea patet dici, sicut ad præcedentia duo.

AD XI. dicendum, q̄ primum bonum est per se volitum, & voluntas per se & naturaliter illud vult, non tamen illud semper vult in actu. Non. nō potest ea quae sunt naturaliter conuenientia anima, semper actu in anima esse, sicut principia quae sunt naturaliter cognita, nō semper actu considerātur.

AD XII. dicendum, q̄ non ad eandem necessitatem pertinet necessitas qua per scientiam aliquid necessario cognoscimus, & necessitas qua de necessitate scientiam appetimus. primum enim potest esse secundum necessitatem coactionis: sed secundum non, nisi secundum necessitatem naturalis inclinationis. Et sic voluntas de necessitate vult bonum, in quantum naturaliter vult bonum.

Et per hoc patet solutio ad decimū tertium.

AD XIII. dicendum, q̄ libertas quae augetur & minuitur est libertas a peccato & a miseria, non autem libertas a coactione, vnde non sequitur quod voluntas possit ad hoc deduci quod cogatur.

AD PRIMVM. autem in contrarium dicendum, quod auctoritas illa est intelligenda de necessitate coactionis, quae repugnat voluntati, non autem de necessitate naturalis inclinationis, quae secundum Aug. in 5. de Cittate Dei, voluntat nō repugnat.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ non pertinet ad impotentiam voluntatis si naturali inclinatione de necessitate in aliquid feratur, sed ad eius virtutem, sicut graue tanto est virtuosius quanto maiori necessitate deorsum fertur. Pertineret autem ad eius infirmitatem si ab alio cogeretur.

AD TERTIVM dicendum, quod libertas secundum Aug. opponitur necessitatem coactionis, non autem naturalis inclinationis.

AD QVARTVM dicendum, quod necessitas naturalis non repugnat dignitati voluntatis: sed sola ne cessitas coactionis.

AD QVINTVM dicēdum, quod voluntas in quantum est rationalis, ad opposita se habet, hoc enim est considerare ipsam secundum hoc quod est ei proprium: sed prius est natura quedam nihil prohibet eam determinari ad unum.

AD SEXTVM dicendum, q̄ voluntas diuiditur contra appetitum naturalem cum præcisione sumptū, id est qui est naturalis tantum, sicut homo contigit, quod est animal tantum, non autem diuiditur contra appetitum naturalem absolute: sed includit ipsum, sicut homo includit animal.

AD SEPTIMVM dicendum, quod ratio illa procedit de voluntate secundum quod voluntas est, hoc enim est proprium voluntatis in quantum est voluntas, quod sit domina suorum actuum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum voluntas de necessitate velit quicquid vult.
Sexto queritur, utrum voluntas de necessitate velit quicquid vult. Et videtur quod sic: quanto enim aliquid est nobilis, tanto est immutabilis: sed vivere est nobilis quam esse, & intelligere quā

viuere, & velle quam intelligere. ergo velle est immutabilis quam esse: sed esse anima volenter et immutabile, quae est incorruptibile. ergo & velle eius est immutabile: & ita quicquid vult, immutabiliter & necessario vult.

¶ 2 Prat. Quanto aliquid est Deo conformius, tan immutabilis est: sed magis cōformatur anima Deo conformitate sua quae est similitudinis, quam prima conformitate quae est imaginis: in primavatem conformitate haber immutabilitatem, quia non potest imaginem amittere anima secundum illud Plal. 38. In imagine pertransit homo, ergo & secundum conformitatem secundam quæ similitudinis consistens in debita voluntatis ordinatio ne, habebit immutabilitatem, ut voluntas immutabiliter velit bonum, nec possit velle malum.

¶ 3 Prat. Sicut se habet actus ad ens actu, ita potentia ad ens potentiale: sed Deus cum sit actu boni, non potest aliquid actu malum facere, ergo eius potentia quae bona est, non potest producere aliquid quod sit malum in potentia, & ita voluntas quam diuina potentia produxit, non potest in malum.

¶ 4 Prat. Secundum Philoophum in libro de primo Ethicorum, sicut principia se habent ad conclusiones in scientijs demonstratiui, ita finis ad ea quae sunt ad fines in operabilibus, & appendicibus: sed ex principijs quae sunt naturaliter inducitur intellectus, ut conclusiones cognocunt de necessitate. ergo ex hoc quod voluntas de necessitate vult sicut vultum per modum iam dictum de necessitate etiam voler omnia alia, quæ finis vultum ordinantur.

¶ 5 Prat. Omne illud, quod est naturaliter determinatum ad aliquid, de necessitate consequitur illud nisi sit aliquid impediens: sed voluntas naturaliter vult bonum, ut dicit glossa Roma. (septimo) immutabiliter vult bonum, cum non sit aliquid quod eam impedit posse, eo quod est sub Deo potissimum secundum Bernardum.

¶ 6 Prat. Sicut tenebra opponitur luci, ita malum bono: sed vitus qui est naturaliter determinatus de cognoscendum lucem, & lucida, ita naturaliter videt, quod illud quod est tenebrosum, videtur non potest. ergo & voluntas, cuius obiectum est bonum, ita immutabiliter vult bonum quod malum nullo modo velle poterit, & sic voluntas habet aliam necessitatem non solum respectu finis vultus, sed respectu aliorum.

SED CONTRA. Augustinus dicit, quod voluntas est qua peccatur, & recte vinitur. ergo voluntas non se habet in mutabilitate, nec ad bonum nec ad malum.

¶ 2 Prat. Secundum Augustinum, peccatum adeo est voluntarium, quod nisi sit voluntarium, non est peccatum: si igitur peccatum nullo modo est ad voluntatem, peccatum nullo modo erit, quod experientia patet esse falsum.

RESPON. Dicendum, quod ex hoc aliquid determinatur esse necessarium quod est immutabilitate determinati ad unum. Vnde cum voluntas indeterminata habeat respectu multorum, nō habet respectu omnium necessitatem: sed respectu eorum in ad quæ naturali inclinatione determinantur, ut dictum est, quæ omne mobile reducitur ad immobile, & indeterminatum ad determinatum, sicut ad principium, id est potest quod id, ad quod voluntas est determinata, id est principium appetendi ea ad quæ nō est determinata, & hoc est finis ultimus ut dictum est. Invenimus autem indeterminatio voluntatis respectu trium scilicet

scilicet respectu obiecti, respectu actus, & respectu ordinis in finem. Respectu obiecti quidem est indeterminata voluntas, quantum ad ea quae sunt ad finem, non quantum ad ipsum finem vitium, ut dictum est, qd ideo contingit, quia ad finem ultimum multis vijs perueniri potest, & diversis diversa viae copetur pueniendi in ipsum. Et ideo non potest esse appetitus voluntatis determinatus in ea, quae sunt ad finem, sicut est in rebus naturalibus, quae ad certum finem & determinatum non habent, nisi certam, & determinatam viam. Et sic patet quod res naturales, sicut de necessitate appetunt finem, ita & ea quae sunt ad finem, ut nihil sit in eis accipere quod possint appetere, vel non appetere. Sed voluntas de necessitate appetit finem vitium, ut non possit ipsum non appetere: sed non de necessitate appetit aliquid eorum, quae sunt ad finem. Vnde respectu huius est in potestate eius appetere hoc, vel illud. Secundo est voluntas indeterminata respectu actus: quia circa obiectum determinatum potest ut actu suo cum voluerit, vel non ut potest, exire in actu volendi respectu cuiuslibet & non exire, quod in rebus naturalibus non contingit. Graue enim semper descendit deorsum in actu, nisi aliquid prohibeat. Quod exinde contingit, quod res inanimate non sunt mota a seipsis: sed ab aliis, unde non est in eis moueri, vel non moueri. Res autem animatae mouentur a seipsis, & inde est quod voluntas potest, & non mouere. Tertio indeterminatio voluntatis est respectu ordinis ad finem, inquantum voluntas potest appetere id, qd secundum veritatem in finem debitum ordinatur, vel secundum apparentiam tantum. Et haec indeterminatio ex duobus contingit. scilicet ex indeterminatione circa obiectum in his, quae sunt ad finem, & iterum ex indeterminatione apprehensionis, quae potest esse recta & non recta: sicut ex aliquo principio vero dato non sequitur falsa conclusio, nisi per aliquam falsitatem rationis, vel assumentem aliquam falsam, vel falso ordinantis principium in conclusione. Ita ex quo inest appetitus rectus ultimi finis, non posset sequi quod aliquis aliquid inordinate appeteret, nisi potest appetere aliquid inordinate in finem, quod non est ordinabile in finem. Sicut qui appetit beatitudinem appetitu recto, numquam cedetur in appetenda fornicationem, nisi inquantum apprehendit eam, ut quoddam hominis bonum, inquantum est quoddam delectabile bonum, & sic ut ordinabilem in beatitudinem, velut quoddam imaginem eius. Et ex hoc sequitur indeterminatio voluntatis, qua bonum potest, vel malum appetere. Cum autem voluntas dicatur libera, inquantum necessitate non habet, libertas voluntatis in tribus considerabitur. scilicet quantu ad actu, inquantum potest uelle, vel non uelle, & quantum ad obiectum, inquantum potest uelle hoc, vel illud, & eius oppositum, & quatum ad ordinem finis, inquantum potest uelle bonum, vel malum. Sed quantu ad primum horum inest libertas voluntatis, in quolibet statu natura respectu cuiuslibet obiecti. Secundum uero horum est respectu quorundam obiectorum. respectu eorum quae sunt ad finem, & non ipsius finis, & etiam secundum quemlibet statum naturae. Tertiuum uero non est respectu omnium obiectorum: sed quorundam eorum, scilicet sunt ad finem: nec respectu cuiuslibet status naturae: sed illius tantum in quo natura deficeret potest. Nam ubi non est defectus in apprehendendo & conferendo, non potest esse voluntas mali in his, quae sunt ad finem, sicut patet in beatis. Et pro tanto dicitur, quod uelle malum, nec est

A libertas, nec pars libertatis, quamvis sit quoddam libertatis signum.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd esse anima non est determinatum a seipsa, sed ab alio: sed ipsa determinatur sibi suum uelle. Et ideo quamvis esse sit immutabile, tamen uelle indeterminatum est, ac per hoc in diversa flexible. Et tamen non est verum, quod intelligere sit nobilis quam esse: sed determinatur ab esse, immo sic d'esse eo est nobilis secundum Dionysius, cap. de Diuinis nominibus.

D. 55.

D. 559.
Paulo a pr.
& parv. an-
te medium.

AD SECUNDUM dicendum, qd conformitas imaginis attenditur secundum potentias naturales, quae sunt ei determinatae a natura. Et ideo illa conformitas semper manet. Sed secunda conformitas, quae est similitudinis est per gratiam & habitus & actus virtutum, ad quae omnia ordinantur per actum voluntatis, qui in sua potestate consiluit, & ideo ista conformitas non semper manet.

D. 494.

AD TERTIUM dicendum, qd in Deo non est potentia passiva, vel materialis, quae distinguitur contra actu, de qua obiectio procedit: sed potentia a actua, quae est ipsa actus: quia unumquodque est potens agere secundum quod est actu. Et tamen quod voluntas sit flexibilis ad malum, non habet secundum quod est a Deo: sed secundum quod est de nihilo.

AD QUARTUM dicendum, quod in scientiis demonstratiis conclusiones hoc modo se habent ad principia, quod remota conclusione remouetur principium. Et sic propter hanc determinationem conclusionum respectu principiorum, ex ipsis principiis intellectus cogitur ad consentaneum conclusionibus. Sed ea quae sunt ad finem, non habent hanc determinationem respectu finis, ut remoto aliquo eorum remouetur finis, cu per diversas vias possit perueniri ad finem ultimum, vel secundum veritatem, vel secundum apparentiam. Et ideo ex necessitate que inest appetitu voluntario respectu finis, non inducitur necessitas ei respectu eorum, quae sunt ad finem.

AD QUINTUM dicendum, qd voluntas vult naturaliter bonum, sed non determinate hoc bonum vel illud: sicut visus naturaliter videt colorē: sed non hunc vel illum determinat. Et propter hoc quicquid vult, vult sub ratione boni: non tamen oportet quod semper hoc vel illud bonum velit.

AD SEXTUM dicendum, qd nihil est adeo malum, qd non possit habere aliquam speciem boni, & rōne illius bonitatis habet, quod mouere possit appetitū.

ARTICULUS VII.

Vtrum aliquis mereatur volendo illud, quod de necessitate vult.

E PERTIMO queritur, vtrum aliquis mereatur voluntate illud quod de necessitate vult. Et videtur quod non, quia illud quod de necessitate vult, naturaliter vult: sed naturalibus non meretur. ergo talis voluntate non mereatur.

¶ 2 Præter Meritum & demeritum sunt circa idem: sed nullus demeretur in eo, quod vitare non potest secundum Augu. ergo nullus meretur in eo, quod de necessitate vult.

¶ 3 Præter: Nullus meretur nisi per actum virtutis: sed omnis actus virtutis est ex electione, non autem ex naturali inclinatione ergo nullus meretur in eo, quod de necessitate vult.

SED CONTRA, Dicunt naturaliter ex necessitate qd libet creatura appetit: sed in dilectione Dei mereatur. ergo in eo qd necessario quis vult mereri potest.

¶ 2 Præter.

QVÆST. XXII. DE VOLUNTATE, ART. VII.

Prat. Beatitudo in vita æterna consistit: sed sancti volendo vitam æternam merentur. ergo aliquis meretur volendo id, quod naturaliter vult.

Respon. Dicendum, quod aliquis volendo id, quod naturaliter vult, quodammodo meretur, & quodammodo non. Ad eius evidentiam sciendū est, quod differenter est aliquid prouisum homini & ceteris animalibus, tam secundum corpus, quam secundum animam. Alijs enim animalibus secundum corpus prouisa sunt specialia tegumenta, sicut corium durum, & plumæ, & aliqua huiusmodi specialia munimenta, sicut cornua, vngues, & huiusmodi, & hoc quia habent paucas vias operandi, ad quæ postulant determinata instrumenta ordinari. Sed homini ista prouisa sunt in generali, in quantum sunt ei data manus a natura, quibus sibi valeat varia & tegumenta & munimenta preparare. Et hoc ideo, quia ratio hominis est ita multiplex, & ad diversa se extendens, quod nō possint determinata in strumenta ei sufficiens preparari. Similiter est ex parte apprehensionis, quod alijs animalibus sunt inditæ secundum naturalem estimationem, quadam substantiales conceptiones eis necessariae: sicut ovis, quod lupus sit ei inimicus, & alia huiusmodi: sed loco horum homini sunt indita vniuersalia principia naturaliter intellecta, per quæ in omnia quæ sunt ei necessaria, procedere potest, & similiter est etiam ex parte appetitus. Alijs enim rebus inditus est naturalis appetitus aliquius rei determinatus, sicut grauius quod sit deorsum, & unicuique animali id, quod est sibi conueniens secundum suam naturam: sed homini inditus est appetitus ultimi finis sui in communione, ut scilicet appetat naturaliter se esse completum in beatitudine. Sed in quo ista completio consistat, virtus in virtutibus, vel scientijs, vel delectabilibus, vel huiusmodi alijs, non est ei determinatum a natura. Quidam ergo ex propria ratione adiutus, diuina gratia apprehendit aliquod speciale bonum, ut suam beatitudinem, in quo uera sua beatitudo consistit, tunc meretur non ex hoc quod appetit beatitudinem quam naturaliter appetit: sed ex hoc quod appetit hoc speciale, quod non naturaliter appetit, ut uisione Dei, in quo tamen secundum rei ueritatem sua beatitudo consistit. Si uero aliquis per rationem erroneam ducatur, ut appetat aliquid speciale, ut suam beatitudinem, puta corporales delictationes, in quibus tamen secundum rei ueritatem sua beatitudo non consistit, sic apparet beatitudinem demeretur, non quia appetit beatitudinem, sed quia indebet appetit hoc ut beatitudinem, in quo beatitudo non est. pater igitur quod uolendo id, quod quis naturaliter vult, secundum se non est meritorium, nec demeritorum: sed secundum quod specificatur ad hoc, vel illud, potest esse meritorium vel demeritorium. Et hoc modo sancti merentur appetendo Deum, vel uitam æternam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Deus voluntatem cogere posset.

CTAVO queritur, utrum Deus possit cogere voluntatem. Et uidetur quod sic. Quicumque enim veritatem aliquid quocumque vult, potest illud cogere: sed sicut dicitur Proverbiis 21. cor regum in manu Dei est, quo cumque uoluerit, ueritatem illud. ergo Deus potest cogere voluntatem.

Prat. Romanorum primo, pro quod tradidit illos Deus & cetera, glossa Augustini dicit, manifestum

est Deum operari in cordibus hominum ad inclinandas voluntates eorum in quodcumque voluntate in bonum pro misericordia sua, sive in malum pro misericordia eorum. ergo Deus potest cogere voluntatem.

Prat. Si finitum finitum agit, infinitum infinitum gerit, sed aliqua creatura finita trahit voluntatem finitam, quia, ut dicit Tullius, honestum est quod sua virtus trahit, & sua dignitate nos allicit. ergo Deus qui habet infinitam virtutem in agendo, potest trahere cogere voluntatem.

Prat. Ille propriè dieitur ad aliquid cogi, qui non potest non facere illud, sive uelit, sive non uelit: sed voluntas non potest non uellet, quod Deus voluntate beneplaciti uoleat, sive voluntas Dei est in effectu voluntatis nostræ. ergo Deus potest cogere voluntatem.

Prat. Cuilibet creature est perfecta obedientia ad suum creatorum. ergo Deus potest ea cogere ad quod uult.

SED CONTRA est, quod esse liberi umi a coactione naturale voluntati: sed naturalia non possunt ab alio remoueri. ergo uoluntas non potest cogi a Deo.

Prat. Deus non potest facere, quod opposita finitam ueritatem voluntari & uiolenti sunt opposita, quia uiolentum est species voluntatis, ut partea 3. Ethicæ ergo Deus non potest facere, ut voluntas quid coacte uelit, & ut non potest cogere uolentem.

Respon. Dicendum, quod Deus potest immuare voluntatem de necessitate: non tamen potest ea cogere. Quantumcumque, nō voluntas immutetur in aliquid, non dicuntur cogi in illud. Causa ratio est, quia ipsum uelle aliquid est inclinari in illud, et hoc autem, vel uiolentia est contraria inclinationi illud, et quia cogitur. Cum igitur Deus voluntatem immutet facere, ut precedentia inclinationi succedant, et ita quod prima auferatur, & secunda ueniat. Vnde illud, ad quod inducit voluntatem, non est contrarium inclinationi iam existenti: sed inclinationis quæ prius inerat. Vnde non est uolentia ne coactio. Sic uolenti ratione sua gravitatis inediinclinatione ad locum deorsum, haec autem inclinatione manente non tam proiciatur, et si uiolentia, autem Deus auferat, a lapide inclinatione gravitatis, & deinde ei inclinatione levitatis, tunc secundum non erit ei uiolentum & ita immutatio motus potest esse sine uiolentia. Et per hanc modum intelligendum est, quod Deus voluntatem immutat fine, ut uolentem cogat; potest autem Deus voluntatem immutare ex hoc, quod ipse in uolentem operatur, sicut in natura. Vnde sicut omnis actio naturalis est a Deo, ut omnis actio voluntatis, inquit est actio, non solum est a voluntate, ut immutare agentem: sed a Deo, ut a primo agente qui uenit, tunc imprimatur. Vnde sicut uolentem potest immutare actum suum in aliud, ut ex dictis patet, ita & multo amplius Deus. Immutat autem voluntatem duplo: uno modo mouendo tantum, quod si voluntatem mouet ad aliquid volendum sine hoc, quod aliquis formâ imprimat voluntati, sicut sine appositione alicuius habitus quicunque facit, ut homo uelit hoc, prius non uolebat, alio vero modo imprimendo aliquam formam in ipsam uolentem. Sicut enim ex ipsa natura, quam Deus uolentati dedit, inclinat uoluntas in aliquid volendum, ut ex dictis patet: in ex aliquo superaddito, sicut est gratia, vel virtus inclinatur uerius ad volendum aliquid aliud, ad quod prius non erat determinata naturali inclinatione.

Sed hæc quidem inclinatio superaddita, quando-

Liber de gratia & lib. or. p. 105. art. 4.

Liber de gratia & lib. or. p. 105. art. 4.

QVAES. XXII. DE VOLVNTATE, ART. IX.

431

que est perfecta, quandoque imperfecta. Quando quidem est perfecta, facit necessariā inclinationem in id, ad quod determinat, sicut per naturam dene cessitate inclinatur voluntas in appetēdum finem, sicut contingit in beatis, in quibus charitas perfecta inclinat sufficienter in bonum, non solum quantum ad finem ultimum, sed quātūm ad ea qua sunt ad finem. Aliquando vero forma superaddita non est vñqueaque perfecta, sicut est in viatoribus, & tunc ex forma superaddita voluntas inclinatur quidem, sed non ex necessitate.

ET PER hoc patet solutio ab obiecta. Nā primae rationes probabant quod Deus potest immutare voluntatem. Secundæ vero, quod non potest eam cogere, quorum vtrumque verum est, vt ex dictis patet. Scindendum tamen quod vbi dicitur in gloria inducta, quod Deus operatur in cordibus hominū ad inclinandas eorum voluntates in malum, non est intelligentia, vt glō. ibidem dicit, quasi Deus malitiam impariatur: sed quia sicut apponit gratiam, vnde inclinatur hominū voluntas ad bonū, ita subtrahit quibusdam, qua subtrahita inclinatur voluntas eorum ad malum.

ARTICVLVS IX.

Vtrum aliqua creatura possit immutare voluntatem vel imprimere in ipsam.

NONO quāritur, vtrum aliqua creatura possit immutare voluntatem, vel imprimere in ipsam. Et videtur quod sic, quia ipsa voluntas creatura quadam est: sed voluntas actum suum immutat quo vult. ergo videtur quod aliqua creatura immutet voluntatem, & cogat ipsam.

¶ 2 Præt. Difficilius est immutare torum quam par tem: sed secundum quosdam Philosophos corpora celestia immutant totam multitudinem ad aliquid volendum. ergo multo fortius videtur quod possint cogere voluntatem alienius vnius.

¶ 3 Præt. Quicumq; vincitur ab aliquo, cogitur ab illo: sed secundum Philosphum in 7. Ethic. incontinentes vincuntur a passionibus. ergo passiones immutant & cogunt voluntatem incontinentis.

¶ 4 Præt. Secundum Augustinum in 3. de Trin. superiora tam in spiritibus quam in corporibus mouent inferiora naturali quodam ordine: sed angelorum bearorum sicut intellectus est superior & per-

fectior nostro intellectu, ita & voluntas eorum nostra voluntate. ergo sicut per intellectum suum pos-

sunt imprimere in intellectu nostrum eum illuminando secundum doctrinam Dionysij, ita videatur quod per voluntatem suam possint imprimere in voluntatem nostram aliquando eam immutando.

¶ 5 Præt. Secundum Dionysium superiores angelii illuminant & purgant inferiores: sed sicut illuminatio pertinet ad intellectu, ita purgatio videtur pertinere ad affectum. ergo sicut angeli possunt imprimere in intellectum, ita in voluntatem.

¶ 6 Item, Magis naturum est aliquid immutari a superiori natura quam ab inferiori: sed voluntate nostra sicut est inferior appetitus sensib; ita est superior voluntas angelica. ergo cum appetitus sensibilis immutet interdum voluntatem, multo fortius voluntas angelica poterit voluntatem nostram immutare.

¶ 7 Præt. Luc. 14. dicit pater familias seruo suo, Cōpelle intrare: intratur autem ad illam canam per voluntatem. ergo per angelum, qui est minister Dei, voluntas nostra potest ad aliquid cogi.

SED CONTRA est quod Hug. dicit liberum arbitrium est potestissimum sub Deo. Sed nihil immutatur nisi a fortiori: ergo nihil potest voluntate immutare. ¶ 2 Præt. Meritum & demeritum in voluntate quodammodo consistit. si ergo aliqua creatura posset immutare voluntatem, posset aliquis iustificari, vel peccator effici per aliquam creaturā, quod falso est, quia nullus fit peccator nisi per seipsum, nec aliquis fit iustus nisi Deo operante & ipso cooperante.

RESPON. Dicendum, q; voluntas potest intelligi immutari ab aliquo dupliciter. Vno modo sicut ab obiecto suo: sicut voluntas immutatur ab appetibili, & sic non querimus hic de immutante voluntate, hoc n.supra ostensum est quod aliquod bonū de necessitate mouet voluntatem per modū obiecti, quamus voluntas non cogatur. Alio vero modo potest intelligi voluntas immutari ab aliquo per modum causa efficientis. Et sic dicimus quod non solum nulla creatura potest cogere voluntatē agendo in ipsam, quia hoc nec Deus poterat: sed nec ē potest directe agere in voluntatem, vt eam immutet necessario, vel qualitercumque inclinet, quod Deus potest. Sed indirecte potest aliqualiter inclinare voluntatem aliqua creatura, non tamen necessario immutare. Cuius ratio est, quia cum actus voluntatis sit quasi medius inter potentia & obiectū, immutatus actus voluntatis potest considerari, vel ex parte ipsius voluntatis, vel ex parte obiecti. Ex parte q; dem voluntatis mutare actum voluntatis non potest nisi quod operatur intra voluntatem, & hoc est ipsa voluntas, & id, quod est causa esse voluntatis, quod secundum fidem⁴ solus Deus est. Vnde solus Deus.

¶ 737

metaph. c. 1.

pōt inclinacionem voluntatis quam ei dedit transferre de uno in aliud ē quod vult. Sed ē illos qui ponunt animam creatam ab intelligentijs, quod tñ fidei contrarium est, ipse angelus vel intelligentia habet effectum intrinsecum voluntati inquitum causat esse quod est intrinsecum ipsi voluntati. Et secundum hoc Avice, ponit q; sicut corpora nostra immutantur a corporibus celestibus, ita voluntates nostras immutantur a voluntate animalium celestium, quod tamē est omnino falsum. Sed si consideretur actus voluntatis ex parte obiecti, sic inuenitur voluntas duplex obiectum. Vnum, ad quod de necessitate naturali inclinatio determinatur, & hoc quidem obiectum est voluntati inditum & propositum a creatore, qui ei naturalē inclinacionem dedit in illo. Vnde nullus potest necessario per tale obiectum immutare voluntatem nisi solus Deus. Aliud vero est obiectum voluntatis, quod quidem natum est inclinare voluntatem, inquantum est in eo aliqua similitudo vel ordo respectu ultimi finis naturaliter desiderati, non tñ ex hoc obiecto voluntas neceſſitate immutatur vt prius dictum est, quia nō in eo art. 5. huius singulariter inuenitur ordo ad ultimum finem naturaliter desideratum. Et mediante hoc obiecto potest aliqua creatura inclinare aliquatenus voluntatem, non tñ necessario immutare, sicut patet cū aliquis persuader alicui aliquid faciendo, proponendo ei eius utilitatem, & honestatem, tñ in potestate voluntatis est, ut illud acceptet vel nō acceptet, eo qđ nō est naturaliter determinata ad id. Sic igitur patet quod nulla creatura potest directe immutare voluntatem, quia agendo intra ipsam voluntatem, potest autem extrinsecus aliquid proponendo voluntati, eam aliqualiter inducere, nō tamen immutare.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; voluntas potest seipsum

QVÆST. XXII. DE VOLUNTATE, ART. X.

seipsum immutare respectu aliquorsu directe, cum sit domina suorum actuum. Et cum dicit quod non immutatur directe a creatura, intelligit a creatura alia. Non tamen ipsa potest se cogere, quia in hoc importatur contradicatio, scilicet quod aliquid sit acceptum a seipso, quia violentum est, in quo nihil confert vim patiens, confert autem vim inferens. Et sic uoluntas non potest se cogere, quia sic seipsa in illa via aliquid conferret, in quantum cogeret se, & nil conferret in quantum cogetur, quod est impossibile, propter modum probat Philosophus in 3. Eth. quod nullus patitur iniustum a seipso, quia qui patitur iniustum, patitur aliquid contra uoluntatem suam: si autem faciat iniustum, est secundum suam uoluntatem.

AD SECUNDUM dicendum, quod corpora celestia non possunt de necessitate immutare uoluntatem, nec unius hominis, nec multitudinis: sed possunt immutare ipsa corpora. Ex ipso autem corpore aliquo modo uoluntas inclinatur, licet non necessario, quia resistere potest, sicut cholericci ex naturali complexione inclinatur ad iram, tamen aliquis cholericus potest resistere per uoluntatem isti inclinationi. Non autem resistunt nisi sapientes corporalibus inclinationibus, qui sunt pauci respectu stultorum, quia stultorum infinitus est numerus, Ecclesiast. 1. Et ideo dicitur, quod corpora celestia immutant multitudinem, in quantum multitudine sequitur inclinationes corporales, non autem immutant hunc uel illum, qui per prudentiam resistunt inclinationi predictae.

AD TERTIUM dicendum, quod incontinentis non dividuntur a passionibus quasi ipsæ passiones cogat, uel immutent necessario uoluntatem, alioquin incontinentis non esset puniendus, quia pena non debetur inuoluntario: incontinentis autem non dicitur inuoluntarius operari secundum Philosophum in 3. Eth. sed dicitur incontinentis uinci a passionibus, in quantum eorum impulsu voluntarie cedit.

AD QUARTUM dicendum, quod angelii non imprimunt intellectui, quasi interius aliquid in intellectu agentes, sed solum ex parte obiecti, in quantum aliqd intelligibile proponunt, quo intellectus noster confortatur, & conuenient ad sensum: sed obiectum uoluntatis per angelum propositum non de necessitate immutat uoluntatem, ut dictum est, & ideo non est simile.

AD QUINTUM dicendum, quod purgatio illa secundum quam angeli purgantur que ad intellectum pertinet, est purgatio a negligentia, ut Dionys. dicit 6. cap. Cœlestis Hierar. si tamen pertineret ad effectum, dicerentur purgare, quasi persuadendo.

AD SEXTUM dicendum, quod est inferioris uoluntate, ut corpus uel appetitus sensitibilis, non immutat uoluntatem, quasi directe in uoluntatem agendo: sed solum ex parte obiecti. Obiectum non uoluntatis est bonum apprehensum: sed bonum apprehensum a ratione uniuersali non mouet, nisi media te apprehensione particulari, ut dicitur in 3. de Anima, eo quod actus sunt in particularibus. Ex ipsa autem passione appetitus sensitivus cuiusdam potest esse interdum complexio corporis, uel quæcunq; impressio corporalis, quia ex hoc appetitus ille uitium organo, impedit & interdum totaliter ligat ipsa particularis apprehensio, uel id quod rati superior dictat in uniuersali, ut non applicetur actu ad hoc particolare. Et sic uoluntas in appetendo mouetur ad illud bonum, quod sibi nuntiat apprehensio particularis, prætermisso illo bono, quod nuntiat ratio uniuersalis. Et per hunc modum huiusmodi passiones uolunta-

tem inclinant, non tamen de necessitate immutant, quia in potestate voluntatis est huiusmodi compunctione, ut visus rationis non impediatur, secundum Iud. Gen. 4. Subter te erit appetitus illius, peccatum. A D SEPTIMUM dicendum, quod copulatio illa de qua ibi fit mentio, non est coactionis, sed efficacia persuasionis, vel per aspera, vel per lenitas, &c.

ARTICULUS X.

VERUM VOLUNTAS & INTELLECTUS SINT EIDEN POTENTIAE. DECIMO queritur, utrum voluntas & intellectus sint eadem potentia. Et videtur quod sic. Potentia enim distinguuntur secundum obiecta, obiectum autem intellectus est verum, voluntaris vero bonum, cum ergo bonum, & verum sint idem suppositum, & differant ratione, videntur quod intellectus & voluntas sint idem re: sed differant ratione.

¶ 2 Prædictum Secundum Philosophum in 3. de Anima, voluntas in ratione est, ergo vel est idem quod ratio, vel pars rationis: sed ratio est eadem potencia cum intellectu, ergo & voluntas.

¶ 3 Prædictum Vires animæ communiter dividuntur in ratione, irrationali, & concupiscentiæ: sed voluntas distinguitur ab irrationali & concupiscentiæ, ergo continetur sub rationali, & sic non distinguuntur.

¶ 4 Prædictum Vbicumque invenitur idem obiectum & ratione, est una potentia: sed voluntas & intellectus practici est idem obiectum re & ratione, utriusque enim obiectum uidetur bonum, ergo intellectus practicus non est alia potentia quam voluntas: sed intellectus speculatorius non est alia potentia quam practicus, quia secundum Philosophum in 3. de Anima, Intellectus speculatorius per extensum prædictus, ergo voluntas & intellectus simpliciter sunt una potentia.

¶ 5 Prædictum Sicut ad cognoscendum differuntia diversarum adjunctionem, oportet quod sit idem qui cognoscit utrumque eorum, inter quæ difference continebatur, ita oportet quod sit idem, qui cognoscit uult: sed ad hoc quod cognoscatur utrumque, si aliquia duo, ut inter album & dulce, oportet quod eadem potentia sit quæ cognoscatur utrumque, ut quo probat Philosophus in 2. de Anima, sententiam communem esse, ergo eadem ratione oportet eam unam potentiam quæ cognoscit & uult, & a intellectu & voluntate sunt una potentia, ut uidetur.

SED CONTRA, est quod appetitum genus animalium est ab intellectivo secundum Philosophum, sed uoluntas continetur sub appetitu, ergo uoluntas est alia potentia ad intellectu.

¶ 2 Prædictum Intellectus cogit secundum Philosophum in quinto Meta. Sed uoluntas non potest cogi, ut dictum est ergo intellectus & uoluntas non sunt una potentia.

RESPON. Dicendum, quod uoluntas & intellectus sunt diuerteræ potentiaæ: & ad diuerteræ genera pertinentes. Ad cuius evidentiam dicendum est, quod cum distinctio poteriorum attenatur penes actus, & obiecta, non quilibet obiectorum difference ostendit diuerteratatem poteriorum, sed difference obiectorum inquantum obiectatum, non autem aliqua accidetalis difference, quæ accidit obiecto. Et si quod est obiectum, sensitibilis, in inquantum est sensitibile, accidit esse animalium, uel inanimatum, quamvis ipsis rebus quæ sensuntur, haec difference sunt essentiales. Et ideo penes has differentias non est uerisificatur potentia sensitiva: sed penes accidentia, uisibile, & tangibile quæ sunt differentia sensitibilia, inquantum est sensitibile, sive per esse sensitibile per medium.

medio, vel sine medio. Et quando quidem diffe-
rentia essentiales obiectorum, in quantum obiecta
sunt, sumuntur, ut diuidentes per se aliquod specia-
le obiectum animae, ex hoc diversificatur potestia: sed
non genera potentiarum, sicut sensibile nominat
non obiectum animae simpliciter, sed quoddam obie-
ctum id predictis differentiis per se diuiditur. Vnde
visus & auditus & tactus sunt diversae potestiae spe-
cialia, sed idem genus potentiarum animae pertinen-
tes. I. ad sensum. Sed quando differentiae accepte di-
vidunt ipsum obiectum, ceterum acceptum; tunc ex
tali differentia minores sunt diversa genera poten-
tarum. dicitur autem aliquid: sicut obiectum animae
secundum quod haber aliquam habitudinem ad ani-
mam. ubi ergo inuenimus diversas rationes habitu-
dinis ad animam, ibi inuenimus per se differentiam
in obiecto animae de non strantem diuersum genus
potentiarum animae. Res autem ad animam inuenitur
duplicem habitudinem habere. Vnā, secundū quod
ipsa res est in anima per modum animae, & non per
modum sui. Aliam, secundū quod anima compa-
ratur ad rem in suo esse existentem. Et sic obiectum
animae est aliquid dupliciter, uno modo in quantum
natum est esse in anima non secundum esse propriū,
sed secundum modum animae, i.e. spiritualiter. & hac
est ratio cognoscibilis in quantum est cognoscibi-
le. Alio modo est aliquid obiectum animae secundū
quod ad ipsam animam inclinat, & ordinatur secun-
dum modum ipsius rei in seipso existens, & hec
est ratio appetibilis in quantum est appetibile. Vnde
cognoscituum & appetituum constituant diuersa
genera potentiarum, vnde cum intellectus sub co-
gnoscituo comprehendatur, oportet voluntatem
& intellectum esse potentias generis diuersarum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod disfunctio poten-
tiarum non ostenditur ex obiectis secundum rem
consideratis, sed secundū rationē, quia ipsae rationes
obiectorum specificant ipsas operationes poten-
tarum. Et ideo vbi est diuersa ratio obiecti, ibi in-
uenimus diuersam potentiam, quamvis sit eadem res
qua subest virtus; tamen, sicut est de bono & vero. Et
Dhoc patet in rebus materialibus. Nam aer patitur
ab igne in quantum est calidus, secundum quod est
in potentia aer calidus: in quantum vero ignis est lu-
cidus, patitur ab eo secundum quod ipse est diapha-
nus. Nec est eadem potentia in aere secundū quam
dicunt diaphana & potentia calidus, quamvis idem
ignis sit qui in vtramque potentiam agat.

AD SECUNDUM dicendi, qđ potentia dupliciter
potest considerari, vel in ordine ad obiectum, vel in ordi-
nione ad essentia animae in qua radicatur. Si ergo vo-
luntas consideretur in ordine ad obiectum, sic ad
alud genus aīa prius quā intellectus, & sic voluntas
cōtrā rōnem & intellectum distinguitur, ut diūcum
est. Si vero voluntas cōsideretur secundū id in quo
radicatur sic, cum voluntas non habeat organum
corporale, sicut nec intellectus, voluntas & intellectus
ad eandem partem animae reducentur. Et sic
qñq; intellectus, vel ratio sumitur prout includit in
le virumque, & sic dī quod voluntas est in ratione.
Et secundum hoc rationale includens intellectum
& voluntatem diuiditur contra irascibile & con-
cupibile. Vnde patet solutio ad tertium.

AND QUARTVM dicendum, qđ obiectū intellectus pra-
dicti non est bonum: sed verum relatum ad opus.

AND QUINTVM dicendum, qđ velle, & cognoscere nō
sunt actus vniuersitatis, & ideo non possunt perti-
cipere.

Anne ad unam potentiam, sicut cognoscere dulce
& album, unde non est simile. Hoc autem, os unitus
ibz animorū articulatū, vnde non est simile.

Verum voluntas sit altior potentia quam intelle-
ctus, vel econtra.

VNDECIMO queritur, vtrum voluntas sit al-
tior potentia quam intellectus, vel econtra.
Et videtur quod intellectus sit nobilior & altior.
Nobilitas enim anima cōsilit in hoc, quod est ad
imaginem Dei: sed anima est ad imaginem secun-
dum rationem vel intelligentiam. Vnde Aug. dicit
in 3. super Gen. ad literam. Intelligentia in eo facta
hominem ad imaginē Dei, quo irrationalibus ani-
mantribus antecellit: id autem est ipsa ratio vel mēs
vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo commo-
dus appellatur. ergo excellētissima potestia animae
est intellectus. Sed dicendum, quod sicut imago est
in intellectu, ita etiam in voluntate, cum imago se-
cundum August. in lib. de Trinit. attendatur secun-
dum memoriam intelligentiam & voluntatem.

Propter. Sed contra. Ex quo nobilitas animae penes ima-
ginem attenditur, oportet quod illud sit excellē-
tius animae, vbi magis proprie inuenitur ratio imagi-
nis: sed si imago sit in voluntate, & in intellectu, ma-
gis proprie est in intellectu quam in voluntate, unde
Magister in 2. Sent. dist. 16. dicit imaginem esse
in cognitione veritatis, similitudinem in dilectione
boni, ergo oportet quod adhuc intellectus nobilior
sit quam voluntas.

Contra. Prat. Cum de potentiis iudicemus ex actibus,
oportet ipsam potentiam esse nobiliorē, cuius
actus est nobilior: sed intelligere est nobilior quam
velle. ergo intellectus est nobilior quam voluntas.
probatio medię cū actus specifetur ex terminis,
oportet illum actum esse nobiliorē, cuius est termi-
nus nobilior: sed intellectus actus est fin motu
ad animam, actus autem voluntatis secundū motu
ab anima ad res. ergo cum anima sit nobilior rebus
exterioribus, intelligere erit nobilior quam velle.

Ter. Prat. In omnibus ordinatis, quanto aliqd magis
distat ab infimo, tanto est altius: ied infimum in poten-
tia animae est sensus, voluntas autē magis appropi-
quat sensui quam intellectus. nam voluntas cū sensu
potentia cōmunicat in conditione obiecti,
sicut n. lensus particularium est, ita voluntas: voluntas
enim particularē sanitatem in hoc vniuersali
quod est sanitas: intellectus autem est vniuersali.
ergo intellectus est altior potentia quam voluntas.

Ter. Prat. Regens est nobilis recto: sed intellectus
regit voluntatem. ergo est nobilior voluntate.

Ter. Prat. Illud a quo est aliquid, habet aūtoritatē
super ipsum & maioritatem, si sit diuersum in effe-
tua: sed intelligētia est a memoria, sicut filius a patre,
voluntas a memoria & intelligētia, sicut Spiritus san-
ctus a patre & filio. ergo intelligentia hēt aūtorita-
tē respectu voluntatis, & est maior & potentior ea.

Ter. Prat. Quanto aliquis actus est simplicior & im-
materialior, tanto est nobilior: fed actus intellectus
est simplicior quam voluntatis, & immaterialior, qm̄
intellectus abstrahit a materia, non autē voluntas.
ergo actus intellectus est nobilior quam voluntatis.

Ter. Prat. Intellectus in anima comparatur splen-
dori in rebus materialibus: voluntas tunc affectus calo-
ri, vt patet ex dictis Sanctorum: sed splendor est no-
bilior calore, cum sit qualitas nobilioris corporis.

ergo intellectus est nobilior voluntate.

Ter. Illud quod est propriū hominis, inquantū
est.

QVÆST. XXII DE VOLVNTATE, ART. XI.

**10. Ethic. c. v.
a medio tom. 5.**
est homo secundum Philosophum in Ethicis, est nobilis eo, quod est commune homini & alijs animalibus: sed intelligere est proprium hominis, vel alijs animalibus conuenit, vnde Philosophus dicit in 3. Eth. quod voluntario participant pueri & bruta. ergo intellectus est nobilior voluntate.

¶ 10 Præt. Quæcumq; est propinquius fini, tāto est nobilis, cū ex fine sit rō bonitatis in his q; sunt ad finem: sed intellectus vñ esse propinquior fini quam voluntas, prius enim homo attingit finem cognoscendo ipsum, quam per voluntatem appetendo ipsum. ergo intellectus est nobilior, quam voluntas.

¶ 11 Præt. Secundum Greg. in 6. Mora. contemplativa vita est maioris meriti, quam activa: sed contemplativa pertinet ad intellectum, actua vero ad voluntatem. ergo intellectus est nobilior quam voluntas.

¶ 12 Præt. Philosophus dicit in 10. Eth. quod intellectus est optimum eorum, que in nobis sunt. ergo nobilior voluntate.

Sed contra. perfectioris potentia, perfectior est habitus: sed habitus, quo perficitur voluntas, scilicet, charitas est nobilior fide, & scientia, quibus perficitur intellectus, ut pater per Apost. 1. Cor. 13. ergo voluntas est nobilior intellectu.

¶ 13 Præt. Illud quod est liberum sui, est nobilis eo quod non est liberum: sed intellectus non est liber sui cum possit cogi, voluntas autem est libera, cū coginō possit. ergo voluntas est nobilior intellectu.

¶ 14 Præt. Secundum Dion. in s. c. de diuinis nominibus, quanto aliqua diuinarum participationum est communior, tāto est nobilior: sed voluntas est intellectu communior, quia quedam participant voluntatem, quæ non participat intellectum, ut supra dictum est. ergo voluntas est intellectu nobilior.

¶ 15 Præt. Quanto aliquid est Deo propinquius tanto est nobilis: sed voluntas magis appropinquat Deo quam intellectus, quia sicut dicit Hugo de S. Victore super 7. c. Cælestis Hierarchia, ibi dilectio intrat, ubi cognitionis foris est, plus enim Deum diligimus quam ipsum possumus cognoscere. ergo voluntas est nobilior, quam intellectus.

RESPON. Dicendum, q; aliquid pō altero eminentius dici & simpliciter, & fm quid. Ad hoc autem, quod ostendatur aliquid esse altero simpliciter melius, oportet quod eorum comparatio attendatur penes eorum essentia, & non penes accidentia, ga per hoc attendetur unum alteri eminere fm quid. Sicut homo si comparetur leoni, quārum ad differentias essentiales invenitur leone simpliciter nobilior, in quantum homo est rōnale aīal, leo uero irrationale: leo uero est homine excellentior, si cōparetur fm fortitudinem corporalē. Hoc autem est esse nobilis fm quid, vt ergo consideretur quæ carum potētiarum sit potior simpliciter, voluntas an intellectus, hoc ex per se eorum differentijs considerandum est, perfectio autem & dignitas intellectus in hoc consistit, quod species rei intellectu in ipso consistit intellectu, cum fm hoc intelligat actu, in quo eius dignitas tota consideratur: nobilitas autem voluntatis & actus eius consistit ex hoc, quod aīa ordinatur ad rem aliquam nobilem fm esse, quod res illa haber in seipso. Perfectius autem est, simpliciter & absolute loquendo, habere in se nobilitatē alter-

reins rei, quā a rem nobilem comparari extra se cōfidentem, vnde voluntas & intellectus, si absolute cōderentur nō comparando adhanc, vel illam rō, quae ordinem inserviuntur habere, qd intellectus eminitor est simpliciter voluntate. Sed contingit multo eminentius esse cōparari ad rem aliquam nobiliter per aliquē modum, quam eius nobilitatem in se. So hīc, qñ videlicet illius rei nobilitas hī multo inferiori modo, quam eam habeat res illa in seipso. Ita tamen nobilitas illius rei inserviāt rei, vel cōpoderter, vel nobilis quā in re cuius est, tunc ab ipsi omni dubitatione nobilis erit, quod in le nobilitate re alterius habebit, quā qd ad ipsam rem nobilitate littere cumq; ordinatur. Rerum autē, quae functiones superiores, formas percipiunt intellectus in se, quā sunt in rebus, quam sunt in seipso, in se nobiliora in anima, quā in ipsis rebus. Sic igitur tripliciter pō sunt comparatio intellectus ad voluntatē. Vno modo abdite & in universalē, nō respectu huic, vel illius rei, sic intellectus est eminenter voluntate. sicut hīc re id, quod est dignitatis in re aliqua est perfectio, quā cōparari ad nobilitatem eius. Alio modo respectum ad res naturales sensibiles, & sic iterū intellectus est simpliciter nobilior voluntate, vñ intelligere lapidē quam velle lapidem, eo qd formidipid nobili modo est in intellectu secundum voluntate desideratur. Tertio modo in respectu diuinarum, quæ sunt aīa superiores & sic velle eternitatem quā intelligere, sicut velle Deum & amorem, quam cognoscere; qā, si diuina bonitas predomine in ipso Dō, prout a voluntate desideratur, quā participata in nobis, prout ab intellectu cōcipitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus accipit rationem, & intelligentiam pro tota parte intellectu, qua comprehendit in se & apprehensionem intellectus, & appetitum voluntatis, de re voluntatis non excludit ab imagine.

AD SECUNDVM dicendum, qd Magister appropiat imaginationē rōnī, eo qd pt; est: similitudinem amoris, qā in cōparatione ad Deū cognitione cōpedit amore, sicut imago p̄scitur & venustatur p̄ solares, & alia hīmōi, quibus fit similis exemplari.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit quantum ad res illas, quibus anima est nobilior, eadem ratione potest probari praeminentiam voluntatis in comparatione ad res anima nobiliores.

AD QUARTVM dicendum, qd voluntas nō cōcitat iob eo cum sensibus, nisi fm qd fertur ad res sensibiles, quæ sunt anima inferiores: secundū vero qd fertur ad res intelligibiles & diuinas, magis elogatura sibūs quam intellectus, cū intellectus minus caput possit de diuinis, quam appetat & diligit affectus.

AD QUINTVM dicendum, quod intellectus regnatur voluntatem, non quasi inclinans eam in id, in quod tendit: sed sicut ostendens ei quo tendere debet. Quando ergo minus potest ostendere intellectus aliquod nobile, quam inclinatio voluntatis feratur in illud, voluntas est potior intellectu.

AD SEXTVM dicendum, quod intellectus regnatur voluntatem, non quasi inclinans eam in id, in quod supponit intelligentia. Vnde ex hoc non ostenditur ordo dignitatis: fed solummodo ordo originis, quo intellectu est prior naturaliter voluntate.

QVAEST. XXII. DE VOLVNTATE DEI, ART. XII. 433

AD VII. Dicendum, quod intellectus nō abstrahit a materia, nisi cū intelligit res sensibiles & materiales: cum uero intelligit res que sunt supra ipsum non abstrahit, immo recipit minus simpliciter, quā sint res ipsae in scissis. unde remaneat actus voluntatis, qui fertur in ipsas res prout in scissis sunt, simplicior, & nobilior.

AD VIII. Dicendum, quod locutiones illæ, quib; intellectus splendor, affectus uero calor cōparatur, sunt metaphoris. & ex talib; locationibus, ut Magister dicit in 3. Senten. non est trahenda argumentatio. Dion. etiam dicit in Epistola ad Titum, quod symbolica theologia non est argumentativa.

AD IX. dicendum, quod sicut intelligere est iudicium hominis, ita velle: quamvis appetere sit alioquin, quam hominis.

AD X. Dicendum, quod quamvis anima prius feratur in Deum per intellectum, quam per affectum: tamen perfectius peruenit in ipsum affectus quam intellectus, ut dictum est.

AD XI. dicendum, quod a contemplatione voluntas non excluditur. Vnde Greg. dicit super Exod. quod uita contemplativa est Deum & proximum diligere. unde eminentia uite contemplativa ad actuam non praividat voluntati.

AD XII. dicendum, quod Philo. loquitur de intellectu, secundum quod accipitur pro parte intellectu, que comprehendit in se voluntatem. Vel potest dici, quod considerat intellectum, & alias potentias anime absolute, non secundum quod comparantur ad hoc obiectum vel illud.

AD PRIMVM. uero, quod in contrarium obiectum, dicendum, quod charitas est habitus perfectius voluntatem in ordine ad Deum, & in tali ordine voluntas est nobilior intellectu.

AD III. Dicendum, quod libertas voluntatis nō ostendit eam esse nobiliorem simpliciter, sed a nobiliore in mouendo, quod ex sequentib; patet.

AD IV. dicendum, quod cum uerum sit quodam bonum, et enim bonum intellectus, ut patet per Philo. in 6. Eth. non est dicendum quod bonum sit nobilior uero, sicut nec quod animal sit nobilior homine, cum homo includat in se nobilitatem animalis & superaddat. Loquimur enim de uero & bono, secundum quod sunt obiecta voluntatis & intellectus.

AD V. dicendum, quod uelle nō inueniēt in pluribus quam intelligere: quamvis appetere in pluribus inueniatur. Scendum tamen est, quod in hac ratione non inducitur auctoritas Dionysii secundum eius intentionem propter duo. Primo, quia Dion. loquitur, quando unum includitur in ratione alterius, sicut esse in uiuere, & uiuere in intelligere, cum dicit unum esse simplicius altero. Secundo, quia quamvis participatio, quae est simplicior, sit nobilior, tamen si accipiatur cum illo modo, quo inuenitur in rebus parentib; superadditis perfectionib; erit ignobilior; sicut esse quod est nobilior quā uiuere, si accipiatur cum illo modo quo inanimata sunt, ille modus essendi erit ignobilior, quā esse viuentum quod est uiuere. & sic non oportet quod semper id, quod est in pluribus, sit nobilior, alias oportet dicere sensum eius nobiliorē intellectu, & nutritiū potentiam, quam sensitū.

AD VI. Dicendum, quod ratio illa procedit de voluntate in ordine ad Deum, & sic conceditur esse nobilior.

ARTICVLVS XII.

Vtrum voluntas in intellectum, & ceteras animæ vires moueat.

DODECIMO quæritur, vtrū voluntas moueat intellectum, & alias animæ vires. & uidetur quod non, mouens n. est naturaliter prius moto; sed voluntas est posterior intellectu: nihil n. amatur uel desideratur, nisi cognitum secundum Augustinum in libro de Trini. ergo voluntas non mouet intellectum.

¶ 2 Præt. Si voluntas mouet intellectum ad suum actum, tunc sequitur quod intellectus intelligat;

quia voluntas vult ipsum intelligere: sed voluntas non uult aliquid nisi intellectum, ergo prius intellectus intellexit ipsum intelligere, quam voluntas illud uelle: sed antequam intellectus hoc intelligeret, oportet ponere, quod voluntas illud uelle: ga ponitur intellectus a voluntate moueri. ergo est abire in infinitum: uel dicendum quod voluntas non mouet intellectum.

¶ 3 Præt. Ois potentia passiva mouetur a suo obiecto: sed voluntas est potentia passiva, est n. appetitus mouens motum, ut dicitur in 3. de Anima. ergo mouetur a suo obiecto: sed obiectum eius est bonum intellectum uel apprehensum, ut dicitur in 3. de Anima. ergo intellectus aut alia uis apprehensiva mouet voluntatem, & non conuertio.

¶ 4 Præt. Quod una potentia dicatur aliam mouere, hoc non est nisi propter imperium, quod una super aliam habet: imperare autem est rationis, ut dicitur in 1. Ethic. ergo eius est mouere alias potentias, & non voluntatis.

¶ 5 Præt. Secundum Augustinum in libro de Genesi ad literam, mouens & agens est nobilior moto & factu: sed intellectus ad minus respectu sensibilium est nobilior quam voluntas, ut dictum est. ergo ad minus respectu horum non mouetur a voluntate.

SE CONTRA est, qd Ans. dicit in libro de similitudinibus, quod voluntas mouet oes animæ vires.

¶ 2 Præt. Secundum Augustinum in libro de Genesi ad literam, omnis motus procedit ab immobili: sed inter potentias animæ sola voluntas est, quæ est immobilia in hoc, quod a nullo cogit: ergo omnes alias vires a voluntate mouentur.

¶ 3 Præt. Secundum Philo. in secundo Meteororum, omnis motus est propter finem: sed bonum & finis est obiectum voluntatis. ergo voluntas mouet alias vires.

¶ 4 Præt. Secundum Augustinum in libro de Genesi ad literam, quod in corporibus pondus: sed podus mouet corpora. ergo amor voluntatis mouet spirituales animæ potentias.

RESPON. Dicendum, quod intellectus aliquo modo mouet voluntarem, & aliquo modo voluntas mouet intellectum & alias vires. Ad cuius evidentiam secundum, quod tam finis quam efficiens mouere dicuntur sed diversi modo, cum in qualibet actione duo considerentur. Lagens & ratio agenti, ut in calcinatione ignis est agentis, & ratio agentis caloris. In mouendo dicitur finis mouere: sicut ratio mouendi: sed efficiens sicut agentis motum, hoc est educens mobile de potentia in actum. Ratio autem agenti est forma agentis per quam agat: vnde oportet quod insit agentis ad hoc quod agat: non autem insecundum esse natura perfectam, quia hoc habet quelcū motus: sed insecundum agenti per modum intentionis, nā finis est prior in intentione, sed posterior in esse. & id finis præexistit in mouente.

QUEST. DIS. S. THO. III tc

QVÆS. XXI. DE VOLVNTATE DEI, ART. XIII.

te proprie secundum intellectum, cuius est recipere aliiquid per modum intentionis, & non secundum esse naturę. vnde intellectus mouet voluntatem per modum quo finis mouere dicitur, inquantum si præconcipit rationem finis, & eam voluntati proponit; sed mouere per modum cause agentis est voluntatis & non intellectus, eo quod voluntas comparatur ad res secundum quod in seipso sunt, intellectus autem comparatur ad res secundum quod sunt per modum spiritualem in anima. Agere autem & moueri coenit reb. secundum esse proprium, quo in seipso subsistunt, & non secundum quod sunt in anima per modum intentionis. Catorum in anima non calefacit sed in igne. & sic comparatio voluntatis ad res est secundum quod cōpetit eis motus, non autem comparatio intellectus. & præterea actus voluntatis est quædam inclinatio in aliquid, non autem actus intellectus. Inclinatio autem est dispositio mouentis secundum quod efficiens mouet. ut patet quod voluntas hēt mouere per modum cause agentis & non intellectus. potentia autem animi superioribus, ex hoc quod immateriales sunt, competit quod reflectantur super seipso. vnde tamen voluntas quam intellectus reflectantur super se, & unum super alterum, & super essentiā animi, & super omnes eius uires. Intellectus enim intelligit se, & voluntatem & essentiā animi & omnes animi uires. & similiter voluntas vult se velle, & intellectum intelligere, & vult essentiam animi, & sic de aliis. Cum autem aliqua potentia super alia seatur comparatur ad eam secundum suam proportionem, sicut intellectus cum intelligat voluntatem velle accipit in seipso rationem volendi. vnde & ipsa voluntas, cum fertur super potentias aīc fertur in eas, vt in res qua secundum, quib. conuenit motus & operario, & inclinat vñquamq; in propriā operationē, & sic non solum res exteriores mouet voluntas per modum cause agentis; sed et ipsas animi uires.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod cum in reflexione sit quedam similitudo motus circularis, in quo est ultimum motus quod primo erat principium, oportet, sic dicere in reflexione, vt illud quod primo erat prius, secundo fiat posterius. & id quām intellectus sit prior voluntate simpliciter: tamen per flexionem efficitur voluntate posterior, & sic voluntas intellectum mouere potest.

Ad II. Dicendum, quod non est procedere in infinitum: statim in appetitu naturali, quo inclinatur intellectus in suum actum.

Ad III. dicendum, quod ratio illa ostendit, quod intellectus mouet per modum finis: hoc. n. modo se habet borum apprehensionem ad voluntatem.

Ad IIII. dicendum, quod imperium est, & voluntatis & rationis quantum ad diuersa: voluntatis quidem secundum quod imperium inclinacionem quandam importat, rationis uero secundum quod hec inclinatio distribuitur & ordinatur, vt exequenda per hunc, uel per illum.

Ad V. dicendum, quod quām quelibet potentia prægeminet alteri in hoc, quod est proprium sibi: sicut tactus perfectius cōparat ad calorem quem sentit per se, quam visus qui sentit ipsum per accidens, & similiter intellectus cōpletius cōparat ad uerum quam voluntas, & voluntas perfectius cōparatur ad bonum quod est in reb. quam intellectus: unde quām intellectus simpliciter sit nobilior voluntate ad minus respectu aliquarum rerum: tamen secundum rationem mouendi, que cōpetit voluntati ex ratione propria obiecti, voluntas nobilior inuenitur.

F A R T I C U L U S X I I I .
¶ 1. Vtrum intentio sit actus voluntatis, vel intellectus.
T ERTIODECIMO queritur, utrum intentio super illud Luc. ii. Lucerna corporis tui est oculus tuus, glo. i. intentio: sed oculus in anima efficiens, ergo intentio pertinet ad rationem, vel intellectum, & non ad voluntatem. Sed dicendum, quod erat voluntatis in ordine ad rationem, & pro tanto oculo comparatur.

¶ 2. Sed contra, Actus superioris & prioris potest non dependere ab actu posteriori: sed voluntas est prior intellectu in agendo; quia voluntas mouet intellectum, vt dictum est. ergo actus voluntatis non dependet a ratione. Si ergo intentio est actus voluntatis, nullo modo ad rationem pertinet. Sed dicendum, quod secundum hoc actus voluntatis dependet a ratione inquantum ad voluntatem præexistit cognitio uolit, & sic intentio quām sit actus voluntatis, est aliquo modo rationis.

¶ 3. Sed contra, Nullus actus voluntatis est, qui cognitionem non præxigat. ergo secundum hoc nullus actus deberet attribui simpliciter voluntati, nec velle, nec amare: sed voluntati & rationi simili, quod est falsum. ergo, & primum, quod intentio sit actus voluntatis.

¶ 4. Præt. Ipsum nomen intentionis importationem in finem: sed referre aliquid in fine pertinet ad rationem. ergo intentio est ratione. Sed dicendum, quod in intentione non solum est ratione in finem, sed actus voluntatis, qui referuntur in finem, & utrumque per nomen intentionis significantur.

¶ 5. Sed contra, Actus ille relationis in finem prosternit, vt materiale formalis: sed magis denotatur aliquid a formalis quam a materiali. ergo intentionis magis denominatur ab eo, quod est ratione quā ab eo quod est voluntaris, & sic magis dicitur actus rationis quam voluntatis.

¶ 6. Præt. Sicut primus motor dirigit rotam naturam, ita ratio dirigit voluntatem: sed intentio in reb. naturalibus, magis propriè attribuit primo motori, quod in ipsis reb. naturalibus, cum res naturales non dicuntur aliquid intendere, nisi secundum quod sunt in aliis aīc a primo motore. ergo & i potentiis aīc magis debet attribui intentio rationi, quam voluntati.

¶ 7. Præt. Intentio propriè loquendo, non est nisi cognoscens: sed voluntas non est cognoscens, go intentio non est voluntatis.

¶ 8. Præt. Eorum quæ nullo modo sunt unum, non potest esse actus unus: sed voluntas & ratione modo sunt unum, cum ad diuersa genera potentiarum animæ pertineant, voluntas. n. est in appetitu, sed ratio in intellectu. ergo ratio & voluntas non potest habere unum actum, & ita si intentio est aīc rationis aliquo modo, non erit actus voluntatis.

¶ 9. Præt. Voluntas secundum fil. in 3. Eth. est finis tantum: sed finis est unus tantum in uno ordine. ergo voluntas secundum suum actuem comparatur tam ad unum: sed ubi est unum tantum, ibi non est ordine. cum ergo intentio ordinem portet, uidetur quod nullo modo sit voluntas.

¶ 10. Præt. Intentio nihil aliud esse, quam directio voluntatis in ultimum finem: sed dirigere voluntate est rationis. ergo intentio ad rationem pertinet.

¶ 11. Præt. Sicut in pueritate peccari error est rationis, cōtempnus irascibilis, in ordinario voluntatis cōcupiscibilis, ita econtra in reformatione. aīc fides est rationis. ipes irascibilis, charitas cōcupiscibilis: sed fides secundum Aug. est quæ ineratione dirigitur.

dirigit, ergo intentio est rationis. ¶ 12 Præt. Secundum Philo. in 3. Eth. voluntas est possibilium & impossibilium: intentio vero est solum possibilium, ergo intentio non est voluntatis. ¶ 13 Præt. Quod non est in anima, non est in voluntate: fed intentio non est in anima, quia nec est potentia, sic enim esset naturalis, & in cameritum non consideratur: nec est habitus, sic enim est in dormiente: nec est passio, sic enim est partis sensuæ, ut patet per Philo. in 7. Ethic. hec autem tria sunt solummodo in anima, ut dicitur in 2. Ethic. ergo intentio non est in voluntate.

¶ 14 Præt. Ordinare rationis est, cum ad sapientem pertineat, ut dicitur in 1. Meta. sed intentio ordinatio quedam est in finem, ergo est rationis.

¶ 15 Præt. Intentio est distantia a fine: hec enim propositio in distantiā importat, sed magis distat a fine ratio q̄ voluntatisq̄ rō solum demonstrat finē, voluntas vero in hæreti fini sicut proprio obiecto. ergo intendere est magis rōnis, quam voluntatis. ¶ 16 Præt. Omnis actus voluntatis, aut est eius absolute, aut per comparationem ad superiores vires, aut in comparatione ad inferiores, sed intende-re non est actus voluntatis absolute, quia sic idem est quod uelle uel amare; nec est actus eius in ordine ad superiorem, id est rationem, sic enim actus eius est eligere: nec in ordine ad inferiores, cum sic sit actus imperare. ergo intendere nullo modo est actus voluntatis.

SE CONTRA. Intentio est solum define: sed finis & bonus est obiectum voluntatis. ergo intentio ad uoluntatem pertinet.

¶ 17 Præt. Intendere est quoddam prosequi; sed p-secutio est sua ad voluntatem pertinet, non ad rationem: sed solum dicere aliquid esse prosequendum uel fugiendum. ergo intentio est voluntatis.

¶ 18 Præt. Omne meritum in uoluntate consistit: sed intentio est meritoria, & penes eam præcipue attenditur meritum uel demeritum. ergo intentio est voluntatis.

¶ 19 Præt. Amb. dicit. Affectus operis tuo nomen imponit: sed auctus iudicatur bonus uel malus ex intentione. ergo intentio in affectu uideatur contineri, & sic uideatur esse voluntatis & non rationis.

RESPON. Dicendum, quod intentio est actus voluntatis. Quod quidem manifeste appetit ex eius obiecto. oportet enim potentiam & actum in obiecto conuenire, cum potentia non ordinetur in obiectum, nisi per actum. Oportet enim potentia visua & uisus esse idem obiectum. scilicet colorē. Cū ergo obiectum huius actus, qui est intentio, sit bonus, qd est finis, qd est obiectum voluntatis, oportet intentionē ad voluntatis esse: non tamen est actus voluntatis absolute: sed in ordine ad rōnem. Ad cuius eidem scindendum est, quod quicunque sunt duo agentia ordinata, sed agens duplere potest mouere, uel agere, uno mō, līm qd cōpet natura sue: alio mō līm quod cōpet natura superioris agentis. Impressionē superioris agentis manet in inferiori, & ex hoc inferius agens nō solū agitacione propria, sed actione superioris agentis sicut sphera Solis mouet proprio motu, qd ipsa cōpet unitus anni explet, & motu primi mobilis, qd est motus diurnus. Similiter aqua mouet motu proprio tendendo in centrū, & hēc quendam motu ex impressione Lunc, qd mouet ipsā, ut patet in fluxu & refluxu maris. Corpora ē misericordia hēc qualidam operēs sibi proprias, qd consequuntur naturā, quātor elementorū, ut tendere deorsum, calefacere,

A. intrigidare, & habent alias operationes ex impressione caletum corporum, ut magnes attrahit ferrum, & quām nullā actio inferioris agentis fiat, nisi presupposta actione superioris: tamen illa actio, quā competet ei secundum suam naturā, attribuitur ei absolute, sicut aqua moueri deorsum. Illa vero, quā ei competit ex impressione superioris agentis, non attribuitur ei absolute: sed in ordine ad aliud: sicut fluere & refluere dī esse proprius motus maris, non in quantum est aqua, sed in quantum est mouerat Luna. Rō aut & voluntas sunt quādam potentia operativa adiucentia, & absolute considerando rō prior est, quāmuis per reflexionem efficiat voluntas prior, & superior, in quantum mouet rōnem. unde voluntas pōr hēre duplē actum, unum qui cōpet ei secundum suam naturā, in quantum tēdit in proprium obiectum absolute, & hic actus attribuitur voluntati simpliciter, ut velle & amare, quāmuis ad hunc actum presupponatur actus rationis: alium vero actum hēc, qui competit ei secundum id, quod ex impressione rōni relinquitur in voluntate. Cum n. proprium rōnis sit ordinare, & conferre, qd cum in actu voluntatis apparer aliquia collatio vel ordinatio, talis actus erit uoluntatis non absolute, sed in ordine ad rationem. & hoc modo intendere est actus voluntatis, cū intendere nihil aliud esse uideatur quam ex eo, qd quis uult, in aliud tendere sicut in finem. & ita intendere

C. in hoc differta uelle, quod uelle rendit in finē absolute: sed intendere dicit ordinem in finē secundum quod finis est in quem ordinantur ea, quā sunt ad finem. Cum n. voluntas moueat in suū obiectum, sibi propositum a ratione, diversimode mouetur, secundum quod diversimode sibi proponitur. sicut cum ratio proponit sibi aliquid, ut absolute bonū, voluntas mouetur in illud absolute, & hoc est uelle. Cum autē proponit sibi aliquid sub ratione boni, ad quod alia ordinantur, ut ad finē, tunc rendit in illud cum quodam ordine, qd inuenitur in actu voluntatis, non secundum propriam naturā, sed secundum exigēriā rōnis, & ita intendere est actus voluntatis in ordine ad rōnem.

AD PRIMUM. ergo dicendum, quod intentio a similitudine oculi quantum ad id, qd de proprietate rationis in intentione inuenitur.

AD II. Dicendum, qd rō mouet quodammodo voluntatem, & voluntas quodammodo rōnem, ut ex dictis patet: & sic utrāq; diversis respectibus altera prior, & utrāq; pratribut actus in ordine ad alterā.

AD III. Dicendum, qd quāmuis quilibet actus voluntatis presupponat cognitionem rōnis: non tam semper in actu voluntatis appetit id, quod est proprium rationis, ut ex dictis patet. Vnde ratione non sequitur.

AD IV. dicendum, qd relatio in finem activa est rationis, eius enim est referre in finem: sed relatio passiva potest esse cuiuscumque directi, vel relatio in finem per rōnem: & sic potest esse voluntatis, & hoc modo relatio in finem pertinet ad intentionem, & per hoc patet solutio ad quintum.

AD VI. Dicendum, qd in primo morore non solum inuenitur cognitione, sed voluntas, & ideo proprie potest ei intentio attribui: sed ad rationem non pertinet, nisi cognitione. vnde non est simile.

AD VII. Dicendum, qd intendere est nō cognoscēti cū res naturales intēdant finē, qd quis intentio p̄spōnat alij cognitionē. Si autē loquamur de itēcio ne alii, sicut nō nisi cognoscēti, sicut nec velle nō

Quæst. dis. S. Tho. III 2 tamen

D. 628.

In corp. ar.

Ar. 12. huius
q. & i cor. 2.

QVÆS. XXII. DE VOLVNTATE DEI. ART. III.

tamen oportet, quod intendere & velle sint actus eiusdem potentie, cuius est cognoscere; sed eiusdem suppositi. Non enim proprie dicitur cognoscere, vel intendere potentia aliqua; sed suppositum per potentiam.

AD VIII. Dicendum, quod ratio, & voluntas sunt vnum ordinem, sicut universum dicit esse ynum. & sic nihil prohibet unum actum esse utriusque, vnius quidem immediate, sed alterius mediate.

AD IX. Dicendum, quod quis voluntas sit principalius de fine, ex eo quod ea que sunt ad finem, non desiderant pp finem, nihilominus tamen voluntas est eorum que sunt ad finem. Quidam. Phil. dicit in 3. Eth. quod voluntas est finis, electio corum que sunt ad finem, non ob hoc dicit quod voluntas semper sit finis, sed aliquando & principalius, & ex hoc quod electio numquam est finis, ostenditur, quod non sit idem eligere & velle.

AD X. Dicendum, quod directio in finem actionis principia ad rationem: sed passim potest non ad voluntatem pertinere, & sic pertinet ad intentionem.

AD XI. Dicendum, quo fides dirigit intentionem, sicut ratio voluntatem. Vnde sicut fides est rationis, ita intentionis voluntatis.

AD XII. Dicendum, quod voluntas non semper est impossibilium: sed aliquando & hoc sufficit secundum intentionem phil. ad ostendendum differentiam inter voluntatem & electionem, que semper est possibilium, ut scilicet non sit omnino idem quod velle, & similiiter non intendere est omnino idem quod velle: sed ex hoc non excluditur, quin sit actus voluntatis.

AD XIII. Dicendum, quod intentio est quidam actus animæ. In illa autem trimembri divisione Phil. actiones autem non continentur; quia actiones non sunt animæ ut in anima, sed magis, ut ab anima. Vel potest dici quod actiones comprehenduntur sub habitibus, sicut principiū cōtinēt in suo principio.

AD XIV. Dicendum, quod ordinare est rationis: sed ordinari potest esse voluntatis, & sic intentionis ordinationem importat.

AD XV. Dicendum, quod rō illa procederet, si nihil aliud requireretur ad intentionem nisi sola distantia; requiratur autem inclinatio quæ voluntati cōpetit & non rationi. Vnde rō non sequitur.

AD XVI. Dicendum, quod intentio est actus voluntatis in ordine ad rationem ordinantem ea, que sunt ad finem in finem ipsum: sed electio est actus voluntatis in ordine ad rationem comparantem ea, que sunt in finem adiunictem, & propter hoc intentio & electio differunt.

ARTICVLVS XLI.

Vtrum eodem motu voluntas finem uelit & illa, que sunt ad finem.

QUARTODECIMO queritur, vtrum voluntas eodem motu uelit finem, & intendat ea, que sunt ad finem. & vñ quod non. Impossibile n. est eundem actum esse simul bonum, & malum: sed contingit esse voluntatem malam cum intentione bona, sicut cum quis vult furari, ut det elemos synnam. ergo non est idem actus intentio & voluntas.

¶ 2 Præt. Secundum phil. in 10. Eth. motus qui terminatur ad medium, & ad extremum differunt species; sed id, quod est ad finem & finis se habent quodammodo, ut medium & extrema. ergo intentio finis & voluntas eius quod est ad finem, differunt species, & ita non sunt unus actus.

F ¶ 3 præt. Secundum phil. in 7. Eth. finis, in prædictis sunt, sicut principia in demonstratis scientiis; sed non est idem actus intellectus speculatorum quo intelliguntur principia, & quo considerantur conclusiones, quod patet ex hoc quod ex diversis habitibus elicuntur: est enim intellectus habitat principiorum, sed scientia conclusorum, ergo in operativis non est idem actus voluntatis, quo intendimus finem, & voluntas ea quæ sunt ad finem.

¶ 4 Præt. Actus distinguntur per obiecta, eadem & id, quod est ad finem, sunt diversa obiecta, ergo non idem actus est intentio finis, & voluntas quod est ad finem.

SED CONTRA. Duo actus non pñt esse simul vi-nius potentia, sed voluntas simul dum voluntas est ad finem, intendit ad finem. ergo intentio finis & voluntas eius, quæ est ad finem non sunt diversi.

¶ 5 Præt. Sicut iuxta est rō visibilis color, talis est ratio appetibilitatis his, que sunt ad finem: sed eodem actu voluntas uult id, quod est ad finem & intendit finem. ergo intentio finis, & voluntas non sunt diversi actus.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc questionem duplex est opinio, ut Magister dicit in 2. Sent. dis. 38. Quidam. n. dixerunt, quod alius actus sit voluntas eius, quod est ad finem, & intentio finis. Quidam vero dixerunt econtra, quod sit unus etius, sed quod eorum distinctio sit tantummodo propter remun uarietatem, utique autem opinio secundum aliquid uera est. Ad cuius evidenter sciendum est, quod cum unitas actus ex unitate obiecti penitanda sit, si sunt aliqua duo, que per aliquid modum sunt unum, actus, qui fertur in eodem secundum quod sunt unum, erit unus actus vero qui fertur in ea secundum quod sunt duo, erit duae sicut partes linea sunt quodammodo duo & quodammodo ynum, prout s. vñiuntur in toto & ita & etius uisionis, si fertur in duas partes linea secundum quod sunt duas, i. in utramque per se finis, quod est proprium sibi, erit duæ visiones, nec pertinet secundum tota linea videbitur. Omnia autem quæ sunt adiunictem ordinata, sunt quidem plura, in quantum sunt resquæ per se consideratae, sunt vero ynum in ordine, quo adiunictem ordinantur, & id actus aīe, qui fertur in ea secundum quod sunt adiunictem ordinata, est ynum: actus vero aīe fertur in ea finem quod sunt in se cōfiderata, est multiplex sicut patet in consideratione statua Mercurii, qui alius cōsidereret ut est quedam res, erit alia cōsideratio eius, & cōsidero Mercurii, cuius statua est immagno: si autem consideretur statua ut imago Mercurii, erit idem modus cōsideron in statua, & in Mercurio. Similiter quæ motu voluntatis fertur finis & in Mercurio, si autem consideretur statua ut imago Mercurii, erit idem modus cōsideron in statua, & in Mercurio, id, quod est ad finem, si fertur in ea secundum quod est utrumq. est quedam res per se existens, erit duæ motus voluntatis, & sic est uera opinio, que dicitur quod intentio finis, & voluntas eius, quod est ad finem, sunt diversi actus. Si autem voluntas fertur in una eori finem, quod est hēc ordinem ad aliud, sic est ynum actus voluntatis in utrūq. & sic est vera opinio, quod intentio finis est intentionem finis, & voluntate eius quod est ad finem, sed si recte inspiciat rō intentionis, inuenietur haec opinio esse uerior quæ alia, motus, n. olit, invenit finem non dñe ab solute intentio, sed si pliciter uellet, intentio dñe inclinatio voluntatis in finem finit, & terminat ea, quæ sunt in finem. Quia, uuln. sanitatis,

K id, quod est ad finem, si fertur in ea secundum quod est utrumq. est quedam res per se existens, erit duæ motus voluntatis, & sic est uera opinio, que dicitur quod intentio finis, & voluntas eius, quod est ad finem, sunt diversi actus. Si autem voluntas fertur in una eori finem, quod est hēc ordinem ad aliud, sic est ynum actus voluntatis in utrūq. & sic est vera opinio, quod intentio finis est intentionem finis, & voluntate eius quod est ad finem, sed si recte inspiciat rō intentionis, invenietur haec opinio esse uerior quæ alia, motus, n. olit, invenit finem non dñe ab solute intentio, sed si pliciter uellet, intentio dñe inclinatio voluntatis in finem finit, & terminat ea, quæ sunt in finem. Quia, uuln. sanitatis,

QVÆST. XXII. DE VOLUNTATE DEI, ART. XV.

435

eam simpliciter velle: sed solum ea intendere dicuntur, quādū aliquid propter sanitatem vult, & ideo concedendū est, quod intentio non sit alius actus numero, quam uoluntas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamvis unus actus non possit esse bonus & malus, tamen aliquius actus mali potest esse aliqua circumstantia bona: sicut actus uitiosus est, si quis comedat plus quam debet, licet comedat quando debet. & ita voluntas, qua quis nult furari, ut pascat pauperes est actus malius simpliciter, habens tamē aliquam circumstantiam bonam proper quid enim ponit una de circumstantiis.

Ad II. Dicēdū, q̄ verbum Philos. est intelligentium, quando s̄t̄itur in medio, quando, n. per medium tranſit ad terminum, tunc est unus numerus motus. & ita quando uoluntas mouetur id id, quod est ad finē cum ordine ad finē, est un⁹ mot?

Ad III. Dicendum, q̄ q̄n conclusio & principium considerantur utrumque per se, sunt diuerſe considerationes: sed quando consideratur principium in ordine ad conclusionem, est eadem, cōſideratio utriusque, sicut fit in tyloſismo.

Ad IV. Dicendum, quod finis & id, quod est ad finem sunt unum obiectum, in quantum consideratur unum in ordine ad aliud.

ARTICVLVS XV.

Vtrum electio sit actus voluntatis.

QVINTO DE CLMO queritur, utrum electio sit actus voluntatis, & uidetur quod nō: sed rationis: ignorantia enim non est voluntatis; sed rationis: id peruersitas electionis ignorantia que dam est, unde omnis malus dicitur esse ignorans, ignorantia electionis, ut patet in 3. Eth. ergo & electionis rationis est.

¶ 2. Præt. Sicut ad rationem pertinet inquisitio & argumentatio, ita conclusio; sed electio est quasi quedam conclusio consilii, ut patet in 3. & 7. Eth. Tum ergo consilium sit rationis, & electio simili ter rationis erit.

¶ 3. Præt. Secundum Phil. in 8. Eth. principalitas uirtutis moralis in electione consistit: sed sicut ipse dicit in 6. Eth. id, quod est prudentia in uirtutibus moralib. est principale, quod formaliter completerationem uirtutis, ergo electio pertinet ad prudentiam: sed prudentia est in rōne, ergo & electio, ¶ 4. Præt. Electio discretionem quandam importat: sed discernere rationis est, ergo & eligere.

Sed CONTRA est, qd eligere est duob. propositiis unū alteri preceptare, ut patet per Dam. sed opta re factus voluntatis & nō rōnis, ergo & eligere,

¶ 2. Præt. Philos. dicit in 3. Eth. quod electio est desiderium preconsilii: sed desiderium est uoluntas, & non rationis, ergo & electio.

RISPON. Dicendum, q̄ electio hēt in se aliquid voluntatis, & aliquid rōnis: utrum aut sit actus proprie voluntatis, vel rōnis, Philos. uidetur relinquere sub dubio in 6. Eth. ubi dicit, quod electio uel est appetitus intellectuī, i. appetitus in ordine ad intellectum, uel intellectus appetituī, i. intellectus in ordine ad appetitum, primum aut uerius est, quod sit actus voluntatis in ordine ad gōnem. Qd enim sit directe actus voluntatis patet ex duobus, primo ex ratione obiecti; quia proprium obiectū electionis est id, quod est ad finem, quod pertinet ad rationem boni, quod est obiectum voluntatis, nam bonum dī finis, ut honestū uel delectabilis, & quod est ad finem, ut uile. Secundo, ex ratio-

A ne ipsius actus. Electio enim est ultima acceptio, qua aliquid accipitur ad prosequendum: qd quidem non est rationis: sed voluntatis, nam quantumcunque ratio unum alteri praesert, nondū est unum alteri praacceptatum ad operandū, quo usque uoluntas inclinetur in unum magis quam in aliud, non. n. uoluntas de necessitate sequitur rationem. Est tamen electio actus voluntatis non absolute, sed in ordine ad rationem, eo quod in electione apparent id, quod est proprium rationis.

B L conferre unum alteri, uel preferre, quod quidē in actu voluntatis inuenitur ex imprecisione rōnis, in quantum. Cifra ratio proponit voluntati aliquid, non ut uile simpliciter: sed ut utilius ad finem. Sic ergo patet, quod voluntatis actus est uelle, & intenſe uelle prout ratio proponit voluntati aliquid bonum absolute, siue sit propter se eligendum, ut finis, siue propter aliud, ut quod est ad finem, utrumque enim uelle dicimus: sed eligere est actus voluntatis secundum quod & ratio proponit ei bonum, ut utilius ad finem: intende re uero secundum quod ratio proponit ei bonū ut finem consequendum ex eo, quod est ad finē.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignorantia electioni attribuitur, q̄ ad id, qd habet de rōne.

AD II. Dicendum, quod practice inquisitionis est duplex conclusio, una, que est in ratione. I. sententia, quae est iudicium de consiliatis. Alia uero quae est in voluntate & huiusmodi est electio. & dī conclusio per quandam similitudinem, quia si cut in speculativis ultimo statur in conclusione, ita in operativis ultimo statur in operatione.

AD III. Dicendum, quod electio dicitur esse principale in uirtute moralis, & ex parte eius quod habet de ratione, & ex parte eius quod habet de voluntate, utrumque n. requiriatur ad rationē uirtutis moralis, & dicitur electio principale respectu exteriorum actuum, unde non oportet, quod electio sit actus prudentiae totaliter: sed participat aliquid prudentię sicut & rationis.

AD IV. Dicendum, q̄ discretio inuenitur in electione s̄m quod pertinet ad rationem, cuius proprietatem sequitur uoluntas in eligendo.

QVÆSTIO XXIII.

De uoluntate Dei.

In octo articulos diuisa.

¶ Primō queritur, utrum Deo competat habere uoluntatem.

¶ Secundū, Vtrum uoluntas diuina possit distinguiri per antecedens, & consequens.

¶ Tertiū, Vtrum uoluntas diuina conuenienter diuidatur per uoluntatem beneplaciti, & uoluntatem signi.

¶ Quartū, Vtrum Deus de necessitate uelit quid nult.

¶ Quinto, Vtrum diuina uoluntas reb. uolitis necesse sit in populi.

¶ Sexto, Vtrum iustitia in reb. creatis dependeat ex simplici diuina uoluntate.

¶ Septimo, Vtrum teneamus conformare uoluntatem nostram uoluntati diuina.

¶ Octavo, Vtrum teneamus conformare uoluntatem nostram uoluntati diuina in volito, ut s̄ te neamur uelle hoc, quod scimus Deum uelle.

Quæst. dif. S. Tho. III 3 ARTI-